



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris  
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,  
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,  
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,  
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &  
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:  
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia  
illustrata: facundissimis ...

Sive Eivsdem Historia Ecclesiastica Anglorum, Vitæ Aliquot Sanctorvm, Et  
Martyrologium

**Beda <Heiliger>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1688**

Martyrologium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71990](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71990)

## M A R T Y R O L O G I V M .

M E N S I S I A N V A R I V S H A B E T D I E S X X I .  
Luna XXX.

## A. C A L E N D . J A N U A R I I .

**C**IRCUMCISIO Domini nostri Jesu Christi secundum carnem, & octavae Domini natalis. Romæ natale S. Almachii martyris, qui, jubente Alypio urbis praefecto, cum diceret, Hodie octavae Domini diei summae ecclesiae à superstitionibus idolorum & sacrificiis pollutis: haec de causa caput, & gladiatibus ocellis est. Item Romæ S. Martinæ virginis, qua sub Alexandro Imperatore post multa tormenta gladio est occisa. Eodem die apud Spoleto civitate Thuticæ S. Concordii martyris, qui post pluvia tormenta decollatus est. Item Romæ via Appia corona militum triginta. Apud Africam natale S. Fulgentii, Episcopi Rusponis Ecclesie, cuius vita virtutibus plena habetur. Apud Alexandriam S. Eufrosinæ virginis. Ipso die S. Paragoda, septimi Viennensis Episcopi. Item S. Basili Episcopi, & S. Eugendi abbatis.

## B. IV. N O N . J A N U A R I I .

Natale beati Macharii Abbatis: & in Ponto civitate Thomis ieiunium fratrum: Argei Narcissi, & Marcellini pueri, qui sub Licinio inter tyrones comprehensus, cum nollet militare, casus ad mortem, & diu in carcere maceratus, in mare mersus martyrium consummavit. Corpus ejus ad littus delatum, & a religiosis viris depositum, magnis corucaj viuitibus. Et S. Isidori Episcopi & martyris.

## C. III. N O N . J A N U A R I I .

Roma natale sancti Antherii Papa & martyris, qui viceimus post beatum Petrum, cum duodecim annis, mense uno, diebus duodecim rexisset Ecclesiam, passus est sub Maximiano, & in cœmitorio Callisti sepultus est via Appia. In civitate Parisiensi sancte Genovefa virginis, qua à beato Germano, Alcifidorensi Episcopo Christo dicata, admirandis virtutibus late claruit, & ulque ad octoginta annos in Christi servitute consenuit. Eodem die S. Florentii Viennensis Episcopi, & martyris octavi ejusdem urbis. Natale sancti Theogenis martyris, & sancti Petri martyris. In Thomis civitate natale sancti Filii Episcopi, qui post alia tormenta in mare est mersus.

## D. P R I D . N O N . J A N U A R I I .

Natale B. Titii, Apostolorum discipuli, qui ordinatus est ab apostolo Paulo Cretenum Episcopum: cui scripti epistolam omni Ecclesiæ Dei utilissimam idem apostolus. Demum post predicationis officium fidelissime consummatum beatum finem adeptus; sepultus est in Ecclesia, ubi à beato apostolo fuerat dignus minister constitutus. Apud Africam natale Sanctorum, Aquilini, Genini, Eugenii, Marciani, Quirini, Theodoti & Triphoni, præclarissimum martyrum, quorum gesta habentur. Eodem die Romæ sanctorum martyrum Prisci presbyteri, & Priscilliani clerici, atque Benedictæ religiosissime feminæ, tempore Juliani implissimi Augusti, qui gladio martyrum compleverunt. Item Romæ beatae Dafrose, uxoris B. Fabiani martyris, qua post damnationem viri sui primum relegata est exilio, deinde ab impij Juliani capite justa est puniri: & sancti Ferrutii martyris.

## E. N O N . J A N U A R I I .

Roma natale S. Telephori Papæ, qui septimus post Petrum apostolum Pontifex ordinatus seddit annos undecim, menses tres, dies viginti unum. Hic constituit, ut septem hebdomatibus ante Pascha jejunium celebraretur, & in nativitate Domini nostri Jesu Christi Missa nocte celebrarentur, ac Hymnus Angelicus, id est, Gloria in excelsis Deo, hora sacrificii Missæ celebretur, illustreque ad extremum sub Hadriano principe martyrum duxit. Item apud Antiochiam B. Simeonis monachi depositio, qui tertio decimo ætatis sua anno huic seculo abrenuncians monasterium expetiit; ubi usque septimo die cibum sibi indulgens psalterium infra quatuer menses didicit: postrem in columna usque ad finem vitæ sua sterit. Hierosolyma depositio Simeonis Prophetæ, qui Dominum Jesum in ultinis portavit.

## F. VIII. I D U S J A N .

Epiphania Domini. Eodem die passio sancta Marciæ virginis. Quam cum Riciovatus præsens torqueret, & in ignem præcipitari jussisset, illa permanxit. Deinde mamillis abscissis, & squalore canceris afflita, super reitas acutissimas & prunas volutata, orans migravit ad Dominum.

## G. VII. I D U S J A N .

Reatio pueri Jesu ex Aegypto. Et natale S. Luciani Antiochenæ Ecclesie presbyteri & martyris, viri doctissimi atque eloquentissimi, qui passus est Nicomedia, sub persecutione Maximini, sepultusque Helenopoli Bithyniae. In Antiochia B. Clerici diaconi & martyris, qui post plurima tormenta decollatus est.

## A. VI. I D U S J A N .

Neapoli Campaniæ S. Severini Episcopi & confessoris, fratri beatissimi Victorini, clarissimi viri in miraculis: qui & ipse fratri imitator post multarum virtutum perpetrationem sanctitatem plenus quievit: sepultus in loco, ubi priusquam ad Episcopatum vocaretur, conversatus fuerat. Bellovaco sanctorum martyrum, Luciani & Messiniani, & Timothei in Græcia.

## B. V. I D U S J A N .

In Mauritania Caesariensi S. Marcianæ virginis & martyris. Eodem die apud Antiochiam S. Juliani martyris, & Basilissa conjugis ejus. Hi itaque sanctissimo voto casti conjuges aliquot annos pariter vixerunt, carnem suam virginem Christo servantem, & monasteria de rebus suis instituerunt, ut ad decem millia monachorum pater beatus Julianus fieret. Basilissa vero multarum virginum mater, quarum multitudinem cum iam vietricem premisisset ad Dominum, ipsa conversatione vite probatissima, inter verba orationis migravit ad Dominum. Julianus vero postmodum à Marcione præside per innumerabilia tormenta & cruciatus ad ultimum ferri jussus est cum Antonio præbytero, & Marcionella, & Celso pueri filio ejus.

## C. IV. I D U S J A N .

Apud Thebaïdem natale B. Pauli, primi eremita, qui à sextodecimo ætatis sua anno usque ad centesimum tertium decimum solus in eremo permanuit: cuius animam inter Apollonorum & Prophetarum choros ad celum ferri ab Angelis Antonius vidit. Sancti Igni Papæ, qui sedit Romæ annos quatuor. Hic constituit clerus, & distribuit gradus. Sepultus est in Vaticano terria idus Jan. Apud Cyprum B. Nicianoris, qui unus fuit de septem primis diaconibus.

## D. III. IDUS JAN.

**A** pud Alexandriana natale sanctorum confessorum, Petri, Severi; Leucii, quorum gesta habentur. In Africa natale sancti Salvii. In hujus natali S. Augustinus verbum fecit ad populum Carthaginense. Eduatio Domini de Aegypto.

## E. PRID. IDUS JAN.

**A** pud Achiam natale S. Satyri martyris, civis Arabie, qui transiens ante quoddam idolum, cum exuffiasse in illud, signans sibi frontem statim corruit: ob quam cauram decollatus est. Eodem die S. Archadii martyris, genebre & miraculis clari.

## F. IDUS JAN.

**R** oma via Lavicana corona militum quadraginta sub Gallieno Imperatore. Pictavis S. Hilarii Episcopi & confessoris, qui ob Catholicam fidem quadriennio apud Phrygiam relegatus, inter alias virtutes fertur, quod mortuum suscitaverit. Apud Vientiam S. Veri Episcopi, qui praeedit Ecclesia post S. Evantium. Treveris S. Agitii Episcopi, & octava Epiphania.

## G. XIX. CALEND. FEBR.

**A** pud Nolam Campanie B. Felicis Presbyteri. Hic à Maximiano Nolanae urbis Episcopo presbiteri honore praefatus est. Qui cùm multa à perfidis pro nomine Christi pateretur, volentibusque omnibus ejusdem urbis, ut Episcopus levaretur, non consentit: sed alterum eligens ad pontificatus honorem, ipse duodecim post annos, cestante perfectione, dominica die mysteria confessis, data pace omnibus se in pavimentum oraturus projectat: moxque beati viri anima de carnis erga filio egredia felicia regna ipse vere felix concordit: sepulchrum est juxta urbem ab Helpido sancto presbytero in loco, qui dicitur Piocis, ubi claris fulget virtutibus. Apud Viennam S. Cadeoldi Episcopi.

## A. XVIII. CALEND. FEBR.

**A** bacue & Micheae Prophetarum, quorum corpora sub Arcadio Imperatore divina revelatione reperta sunt. Item B. Machaia Abbatis, discipuli B. Antonii, vitâ & miraculis celeberrimi. Ipso die B. Idori, in sanctitate vite, fide ac miraculis praelari. Apud Bituricas civitatem translatio S. Sulpiii Episcopi & confessoris, qui à pueritia sacris literis eruditus, & sancta conversationis luce conspicuus, etiam laicus virtutibus clarus: postea canora deposita monachorum pater exitur, atque inde ad episcopalem provectus cathedrali vitâ clarus quievit. Et sancti Mauri Abbatis.

## B. XVII. CALEND. FEBR.

**R** oma via Salaria in cemiterio Priscilla natale sancti Marcelli Papæ: qui, iubente Maximiano Imperatore, primò fustibus casus, & à facie ejus, quem corripiebat, expulsus est. Hic fecit cemiteria in via Salaria, & virginis quinque titulos in urbe Roma constituit, propter baptismum & penitentiam multorum, qui convertabantur ex paganis, & propter sepulchras martyrum. Post multis itaque annos in servitio Dei induitus cilicio defunctus est, & conditus aromatisbus à Joanne presbytero & B. Lucina, sepultus est in cemiterio Priscilla. Apud Arelaten S. Honorati Episcopi, cuius vita doctrina & miraculis illustris resulit. Et S. Fursei confessoris.

## C. XVI. CALEND. FEBR.

**I**n Aegypto apud Thebaidem beati Antonii monachi, qui sine ulla scientia literarum scripturas divinas &

memoriter audiendo intellexisse, & prudenter cogitando tenuisse prædicatur, mulierumque monachorum pater vita præclarissimus vixit: cuius corpus sub Justiniano Imperatore divina revelatione repertum, Alexandriam delatum est, & in Ecclesia B. Joannis Baptiste humatum. Apud Lingonas natale Sanctorum g. minorum Speiissippi, Eleosippi, Melesippi. Qui cùm essent vigintiquinque anorum, cum avia sua Leonilla, & Lonella, & Neone martyrio coronati sunt, tempore Aurelianii Imperatoris: Germani quidem in una arbore suspenso, ligari manus suis, pedibus vero deossum ita extensi, ut penè pugarentur ab ipsa membrorum compage separati: & post haec in ignem precipitati, nec tamen lesi, inter verba orationum simul migrabant ad Dominum.

## D. XV. CALEND. FEBR.

**C**athedra S. Petri Apostoli, quā primum Romā sedit. Eodem die natale S. Publili Athenarum Episcopi, qui princeps insula Miletī, cùm navigantem beatum Apostolum Paulum Romanum, sub custodia detinunt, per triduum hospitio receptum, humanè tractasset (ut B. Lucas refert) patrem ipsius Publili contigit febribus & dyfenteria vexatum jacere: ad quem cùm intrasset B. Paulus, & impossus est illi manus, & oraslet, sanavit eum. Quem Publius adhærentem sibi B. Apostolus postea ordinatum Episcopum ad prædicandum dixit: & præclaris virtutibus, & doctrina præfulgens, ob Christum martyris gloriose coronatur. Nam prius Dionyios, inde Publius ille Athenis præfuit. Ipso die natale S. Priscæ virginis & martyris. Et in Ponto natale Sanctorum martyrum, Mosei & Ammonii: qui cùm essent milites, primo ad metallū deputati, novissime igni sunt traditi.

## E. XIV. CALEND. FEBR.

**I**n Smyrna natale S. Germanici martyris. Qui cùm priuata atatis venustate floret, per gratiam virtutis Dei metum corporeæ fragilitatis exclusus sponte præparatam sibi bestiam damnassæ à judice provocat: ejus demibus comminutus, vero pani, id est, Domino Iesu Christo moriens, pro ipso meruit incorporari. Eodem die S. Pontianii martyris. Ipso die natale Sanctorum Marii & Martha cum filii suis, Audace & Abacue, nobilium de Persida, qui ad orationem venerunt Romanum tempore Claudi principis: è quibus post toleratos fuisse, equitem, ignes, ungues, manum præciliorem Martha in pectus projecta necata est, careri sunt decollati, & aliorum pluri motum.

## F. XIII. CALEND. FEBR.

**R**oma Fabiani Episcopi: qui cùm quatuordecim annos, menses undecimi, dies duodecim Ecclesia præfuit, pallus etiæ martyrum, tempore Decii, & in cemiterio Callisti sepultus. Hic regiones divisus diaconibus, & fecit septem diaconos, qui septem notarii præminierunt, ut geita martyrum in integrum colligerent. Eodem die sancti Sebastiani martyris, qui in tantum cura erat Diocletianus & Maximianus Imperatoribus, ut principatus ei prima cohortis traderent. Quem Diocletianus ubi Christianum cognovit, justis ligari in medio campo, quasi signum ad sagittari, & sagittari militibus. Qui, cùm sagittis plenus, quasi horicis staret, putantes eum mortuum abiurant. Nocte autem vienens quædam mulier, nomine Hirene, tollere corpus, inveniens eum vivum, & adduxit in domum suam, & curam ejus egit: qui, ubi convalevit, multos in fide confortavit. Nec mora, ipsi Imperatoribus apparet, hos, prout digni erant, corripiuit. Tuoc justitum Diocletianus in hippodromum palatiduci, & fustigari, donec desisteret: quæna mortuum in cloacam maximam miserunt. Sed ille apparuit in formis sanctæ matronæ Lucine, dicens: Juxta circum invenies corpus meum pendens in uncō, hoc sorde non evigescunt: & dum levavais, perduces ad Catacundas,

&amp; lope,

281  
& sepelies me in crypta, juxta vestigia Apostolorum, quæ ipsa nocte veniens cum servis, totum ita complevit.

## G. XII. CALEND. FEBR.

**N**atale beatissimæ Agnetis virginis & martyris, quæ tertiodicimo atatis in anno, in urbe Roma passa est. Hæc dum ab scholis revertitur, à praefecti filio adamat: quam cùm nullo modo libi afflocari valuerit, post multa tormenta in gurgite ejus gladio percussa est. Palla est autem beata Agnes sub praefecto urbis Simphorianus, vicario ejusdem urbis Aspasio. In Hispania civitate Tarracona natale sanctorum Fructuosi Episcopi, Augili & Eulogii diaconorum, qui tempore Gallieni sub æ. nyliano præside primò in carcerem truli, deinde flammis injecti, exultis vinculis, manibus in modum crucis expansis, orantes ut urentur, obscurerunt, & mox unus è fratribus & filia præsidet, quæ assisteret, viderunt sanctorum animas cœlum descendere coronatas. Apud Treccas sancti Pantrocli martyris.

## A. XI. CALEND. FEBR.

**I**n Hispaniis natale sancti Vincentii diaconi & martyris, qui cum Valerio episcopo suo à Cæsar Augusta civitate Valentiam usque gravibus nexus catenis, jubente Daciano, perductus est, ibique fame & squalore carceris diu maceratus, tormentis equale, & ungularium horrenda laceratione vexatus, etiam grabato seruo diutissime ustulatus, arvina guttis, & crepitante sale perfusus est: post hac in teterimum carcerem trulus, divaricatis in nervo cruribus, super acutissima restarum fragmenta projectus est: ubi nocte lux ingens apparuit, & virtute Dei solitus martyri inter angelos, à quibus visitari meruit, hymnum canebat, ita ut ipse cultus crederet. Mane autem facto, cum iussisset eum Dacianus in leto mollissimo reclinari, ut aliquantulum recreatus acris denuo torqueretur, infatigabilem spiritum Chirilo reddidit. Tunc Dacianus corpus ejus in campum fensis & avibus jussit exponi: sed mox corvus divinitus ad custodium ejus datus, non solum alias aves arcebat, sed & immanem lupum à sancto corpore repulit. Quod cum nunciatum Daciano esset, jussit eum insutum culeo, in profundum maris curu gravissimo faxi pondere immergi: sed prius virtute Dei super undas natans ad litus delatus, & arenis conditus est, quām remiges portum tangere potuissent. Inde cum se sanctus martyr cuidam fideli anu Jonice ravelasset, celsante persecutione rabie, à Christianis reverenter sublatus, & in basilica conditus est. In Galliis civitate Ebreduno, sanctorum martyrum, Vincentii, Orontii & Victoris. Romæ ad Aquas salinas natale sancti Anatolii monachi, & martyris de Persia, qui post plurima tormenta carceris, verberum & vinculorum, quæ in Cæsaræ Palæstine perperitus fuerat, à Persis postremo in Perside multa pena affectus, atque ad ultimum decollatus est à rege eorum Chofroe, cum aliis septuaginta. Reliquæ corporis ejus prius Hierosolymis ad monasterium suum, deinde Romanum delata, venerantur in monasterio beati Pauli Apostoli, quod dicunt ad Aquas salinas: & sancti Vincentii presbyteri & martyris.

## B. V. CALEND. FEBR.

**R**ome sancta Emerentiana virginis & martyris, quæ erat collactanea sanctæ Agnetis; & dum oraret ad sepulchrum ejus, ut eam à gentilium lafione defenderet, lapidata est ab eis. Et in Mauritania, civitate Neocæsarea, natale S. Severiani, & Aquila uxoris ejus, & ignibus combustorum: ut Philippus beati Parmenæ diaconi, qui unus fuit de septem diaconibus. Qui traditus gratia Dei à fratribus, injunctione officium predicationis plena fide consummavit, martyri gloriam adeps, Philippus quevit.

## C. IX. CALEND. FEBR.

**A**pud Ephesum natale sancti Timothei discipuli beati Pauli, qui apud Ephesum à beato Apostolo Episcopus ordinatus, post multos pro Christo agones dormivit: cuius corpus cum reliquis beati Andrea & Luca vicefimo Constantino anno Constantinopolim translatum est. Apud Antiochiam sancti Babylæ Episcopi, qui persecutione Decii, posteaquam frequenter passionibus suis & cruciatiibus glorificaverat Domini, glorioz viræ sine memori fortius est in vinculis, de quo in decimo Ecclesiastica historiæ libro grande narratur miraculum. Nam cum Julianus Imperator ad idolom cultum ceperitus, quadam tempore Daphnis in suburbio Antiochiae juxta fontem Calistium litare Apollini, & nulla ex his qua quererat, responsa suscepere, caulasque silentii percontaretur faciōtibus, responderunt danones, Babylæ martyris sepulchrum propè aspittere, & ideo responda non redi. Tunc ille venire Galilæos (hoc enim nomine nolitos appellare solitus erat) & auferre sepulchrum martyris jubet. Mox igitur Christiani convenientes magna exultatione succinerti, sustulere arcam martyris, & pallentes in auribus profani principis, per sex millia pallium summis vocibus & cum exultatione dicebant, Confundantur omnes, qui adorant sculptra, & qui gloriantur in simulachris suis. Et Neocæsarea civitate natale sanctorum martyrum. Martioni, Mutoni, Eugenii, Mirelli, qui igni traditi sunt, & reliquæ eorum in Axium fluvium disperse. Et natale trium patrulorum, Urbani, Prilidan & Eupoloni.

## D. VIII. CALEND. FEBR.

**C**onversio sancti Pauli. Eodem die sancti Ananias apud Damascum, qui beatum Paulum baptizavit. Apud Gabilonem civitatem sancti Severiani Episcopi, miranda sanctitas & doctrina viri: item natale Prebenti Arvernensis Episcopi, & natale sancti Gregorii theologi.

## E. VII. CALEND. FEBR.

**N**atale sancti Polycarpi beati Joannis Apostoli discipuli, qui ab eo Smyrnæ Episcopus ordinatus, totius Asia princeps fuit: & post dira tormenta ad ultimum positus in medio rogo, mucrone perfolus, tam largus profusus est sanguis, ut ignem extingueret. Passi sunt cum eo & alii duodecim ex Philadelphia venientes. Tunc etiam Germanicus, athleta Christi insignis, gloriozo martyri agone translatus est, nam cuni à judice damnatus fuisset ad bestias, ultra sibi præparatam bestiam provocavit, despiciens temporalem mortem, & coronam vita æterna veloci fine adipisci desiderans. Eodem die natale sancti Theognis martyris, & aliorum sex. Apud Bituricas civitatem, sancti Sulpitii Episcopi & confessoris.

## F. VI. CALEND. FEBR.

**N**atale sancti Joannis Episcopi Constantinopolitanus, cognomento Chrysolomi, qui verbo arque exemplo plurimum protut Christianæ religioni. Item beati Mauri abbatis monasterii Bobacensis. Et apud Bethlehem dormitio beate Paulæ matris Eustachii virginis Christi. Quæ cum esse nobilissimo senatorum genere, abrenuncians seculo, & opibus suis in pauperes erogatis, Christi consecuta est paupertatem, & apud præstatum oppidum Dominicæ nativitatem gloriosum monasterium virginalis extitit mater. Hujus vitam virtutibus admirandam S. Hieronymus scribens, testatur eam longo coronatam esse martyro. Et sanctorum Doti, Juliani, Vincentii & aliorum 27.

## G. V. CALEND. FEBR.

**N**atale sanctæ Agnetis secundum. Et in civitate Apollonia, Leuci, Tyi, Calenici martyrum, qui tempore Deci Imperatoris sub prædictis Cunibrio, Silvano & Baudo,

diver.

diveris tormentorum generibus excruciat. Primus & ultimus abscissione capitis, medius coelesti voce evocatus, spiritum reddens martyrum consummaverunt, & in Christo quieverunt. Apud Alexandriam B. Cyilli episcopi, qui Catholicae fidei praeclarissimus extitit propaginator. Erin monasterio Leomanensi Joannis presbyteri, vii Dei.

## A. IV. C A L E N D . F E B R .

**R** OME natale Papia & Mauri, militum, tempore Diocletiani, qui viidentes constantiam Saturnini & Sisini martyrum, conversi sunt ad fidem, statimque iussum est a Laodicio urbis praefecto, ut os eorum, qui Christum continebantur, cum lapidibus contundentes, & retrudenter in carcere: ubi baptizati sunt a beato Papa Marcello, quos post dies duodecim eductos iustis sterni in terram, & tufibus cedi: deinde levatos de terra plumbatis cedi, donec expirarent. Quorum corpora colligens nocte Ioannes presbyter, sepelivit via Numentana ad nymphas beatissimi Petri, ubi baptizabat. Scriptum est in gestis beati Papa Marcelli. Treveris depositio beati Valerii episcopi, discipuli sancti Petri Apoltoni.

## B. III. C A L E N D . F E B R .

**A** PUD Antiochiam passio S. Hippolyti, qui Novatianis aliquantulum deceptus, operante gratia Christi correctus, ad charitatem Ecclesie rediit, pro qua, & in qua postea illustre martyrium consummavit. Hierosolymis beatissimi Matthaei episcopi, de quo mira & fide plena gesta narrantur, qui multa pro Christo perfec-  
sus, ultimo in pace vita in finivit, qui odayus post Jacobum rex Ecclesiam. Item beati Alexandri. Hic Deciana persecutio pro confessione fidei judicis silitur, & vinculis carceris traditur. Qui cum longe & atrox veneranda canicie præfuleret, postquam frequenter passionibus suis glorificaverat Dominum, cum de vinculis ad tribunalia, & a tribunalibus revocaretur ad vincula, inter ipsa vicissim sibi succendentia tormenta bono sine quievit. In Albodyo monasterio natale Aldegunda virginis, qua temporibus Dagoberti regis Francorum ex nobili genere progenita, virginitatis propulitum elegit, in quo & permanxit, usque illi angelica visio revelata fuit, exhortans eam, ut in proposito permaneret, novissime vero cum magna claritate coelestis luminis ad vitam migravit.

## C. PRID. C A L E N D . F E B R .

**A** PUD Alexandriam natale sancti Methranii martyris, quem pagani corruptum iubent impia verba proferre. Quod illo recusant, omne corpus ejus fustibus colliserunt, vultumque & oculos acutis calamis terebrantes, extra urbem cum cruciatis expulerunt, ibique quod in eo supererat spiritus lapidis ejecerunt. Item Saturnini, Thyri & Victoris, & apud Tridentinam urbem, beati Vigili Episcopi & martyris: & natale sanctorum, Karli, Zoticii, Ammonini, & Publpii.

F E B R V A R I V S H A B E T D I E S X X V I I I .  
Lunam XXIX. In bisextili anno dies XXIX.

## D. C A L E N D . F E B R .

**A** PUD Antiochianam passio S. Ignatii Episcopi & martyris. Apud Smyrnam S. Pionii martyris, qui persecutione Antonini Veri, post infernabilem responsum constantiam, & lualorem carceris, ubi multis fratribus ad martyrum tolerantiam suis exhortationibus corroboravit, ad ultimum cruciatis multis vexatus, clavis confixus, & ardenti oogo superpositus, beatum pro Christo vietam finem sortitus est. Passum cum eo & aliis i.e. Eodem die B. Eustrem Edessona ecclesia diaconi. Apud Scotiam S.

Brigidæ virginis, cuius vita miraculis claruit. Quæ cum lignum altaris in testimonium virginitatis tetigiliter, viride factum est. Et natale S. Pauli Episcopi civitatis Treccanæ, cuius & vita virtutibus claruit, & mors preciosa miraculis commendatur. In Græcia S. Policarpi episcopi, & in Ravenna S. Severi episcopi.

## E. IV. N O N . F E B R .

**P** Uritatio S. Mariz, quando cum infante representata est in templo. Apud Cæsaream beatissimi Cornelii centurionis, quem beatus Petrus baptizavit: quique apud prefatam urbem episcopali honore sublimatus, quietus, Romæ sancti Aproniani martyris, qui sub perfectione Maximiani Imperatoris, cum presentasse spectibus Laudicii praefecti beatum Sisinius diaconum eductum de carcere (erat enim Commentariensis) & subito factam lucem vidisset, vocemque pariter audierat, tremefactus cecidit ad pedes Sisinius diaconi, dicens: Adjuro te per Christum quem conseruis, ne tardes me baptizares, faciasque me pertingere coronam. Quem beatus Sisinius baptizatum, ad conligandum sacro christifatu Marcello Papa obtulit. Quo praefectus comperto, iussit eum capitalem subire sententiam. Perdulcus est itaq; via Salaria militaris secundo, & truncatus capite, martyri vitoriq; decepsit. Aurelianis depositio Siccaria virginis Deo sacra. In foro Sempronii sanctorum Laurentii, Hippolyti, & natale S. Fortunati.

## F. III. N O N . F E B R .

**A** PUD Sebasten civitatem Cappadocia, passio S. martyris Christi Blasii episcopi, qui sub Agricola praefide capite truncatus est cum duobus puerulis, filiis eius mulieris de illis septem, que per predicationem ejus confortata, & sub eodem praefide sunt martyrizata. Lugduni depositio beati Lupicini episcopi. Vienna sancti Eventii gloriose episcopi. In Africa beati Celerni diaconi & confessoris: & sanctorum martyrum Celernia avia ejus, & Laurentini & Ignatii: quorum prior patrus, sequens aunculus ipsius fuit, de quorum omnium gloriose laudibus extat B. Cypriani epistola.

## G. PRID. N O N . F E B R .

**I** N civitate Aegypti, qua appellatur Thmuis, passio B. Philex, ejusdem urbis episcopi: & Philoromi tribuni militum Romanorum, cum quibus etiam innumera multitudine fidelium, ex eadem urbe pastoris sui vestigia sequens persecutione Diocletiani martyrio coronata est. In foro Symphonii natale Gemini, Gelasi, Mamni, Aquilini & Donati. Item Themoi, Gelati.

## A. N O N . F E B R .

**I**N Patras civitate ordinatio Episcopatus sancti Andrei Apoltoni. Apud Siciliam civitatem Cathanensem passio sanctæ Agathæ virginis sub Quintiano consule, tempore Diocletiani: qua post alaps & carcere, post equum & tortiones, post mammillarum abcisionem, sed a Domino sanationem: post volutationem in testiculis & carbonibus, tandem in carcere consummata est. Vienna beati Aviti episcopi huius fidei & industria, atque mirabilis doctrina, tempore Godobardi regis, ab infestatione Arianae hereticos Gallia defensæ sunt, & sanctorum Felicis, Fortunati & Saturnini.

## B. VIII. IDUS F E B R .

**R** OME via Appia in cemetery ejusdem passio sanctæ Sothoris virginis. In Cæsarea Cappadocia natale S. Dorotheæ virginis, & Theophili sub Apicio praefecto. Quæ cum commendata esset duabus sororibus, id est, Christa & Calista, qui à fide nuper apostatarant, vixit doloribus, ut eam averterent à Christo, eas iterum converti ad Christum, ita ut in cupam missa per praefectum, incon-

sa ad

**I**n ad martyrii palmam pervenerint. Postea vero Dorothea ducta ad locum paenitentiarum, ubi & passa est, cum a Theophilo quadam scholastico irrideretur, quod ad paradisum vadens a sponsu suo Christo rosas & mala ei mitteret: quae statim promisit se esse militaram. Ubi ergo ventum est ad locum, in quo jugulanda erat, pauli per oratione facta, protulitorum suum, & vocato ad eum quodamque puerulo annorum sex, misi Theophilo, dicens: Dic ei, Dorothea ancilla Dei mittit tibi mala de paradiſo sponsi sui Christi. Is accipiens, & gratias agens, quod petitionem ejus implieſſeret, cœpit fibi faciem tergere, tantaque repente faviatate peritus est, ut tota mente mutaretur: & cum grandi exultatione & clara voce sapienti replicaret: Benedictum nomen Domini mei Iesu Christi, ob hanc confessionem mox & ipse tentus, ac suspensus in equo leto tanta crudelitate tortus est, ut omnes circumstantes horreſcerent, novissime caſo capite martyrium consummavit. Apud Arverniam urbem natale S. Anatholii martyris. In Gallia ciuitate Aderio depositio S. Vedasti Episcopi & confessoris. Et in Ellone monasterio depositio S. Amandi Episcopi & confessoris, Romæ Zoticæ, Irenæ, Jacinæ & Amanti. In Oriente S. Soteris virginis, quæ graviter & diutissime alapis casæ, cum centum quoque paenitentia genera vicerit, gladio martyrium consummavit.

## C. VII. IDUS FEBR.

**I**n Britannia civitate Augusta natale S. Auguli Episcopi & martyris: & S. Moyletis venerabilis Episcopi, qui primò quidem in eremo solitariam vitam ducens meritis, & virtutibus, ac signis, quæ faciebat per illum Deus, magnificè innotuit, qui postmodum, potestate Manvia Saracenorum regina, Episcopus genitius illius factus fidei Catholice custodivit intermerata consortia, & gentem, cui datum fuerat Episcopatus, ex grandi parte ad fidem Christi convertit, sicutque in pace quievit.

## D. VI. IDUS FEBR.

**R**oma natale S. Pauli Episcopi, & Julii Papæ. Apud Armeniam minorem natale SS. Dionysii, Emiliani & Sebastiani. Apud Alexandriam natale S. Coinchæ martyris. Hanc pagani correptam ad idola perducentes adorare cogebant. Quæ cum illa exercitans recusaret, vincula pedibus ejus innebentes, & per plateas totius civitatis eam trahentes, horrendo supplicio dispergserunt. Et S. Helenæ regina.

## E. V. IDUS FEBR.

**I**n Alexandria S. Apollonia virginis, cui persecutores omnes primùm dentes excusserunt: deinde constructo ac succenso rogo, cum contaminarent vivam se eam incensuro, nisi cum eis impia verba proferret. Arilla, ut rogo videt esse succensum, paululum quid intrâ semet ipsam deliberans repente de manibus impiorum prorupit, & in ignem, quem paraverant, sponte profilivit: ita ut perterrarent etiam ipsi crudelitatis auctores, quod promotor inventa est ad mortem femina, quam persecutor ad penam. Suevo apud Cyprum natale S. Alexandri, Ammonii. Item Ammonius, & aliorum triginta octo.

## F. IV. IDUS FEBR.

**I**n Campania natale S. Sylviani Episcopi & confessoris, in Bethleem ciuitate Iudeæ, sub Herode rege passio S. Andreæ apostoli. Sanctonis ciuitate depositio S. Trojani Episcopi & confessoris, & Baldegrundis Abbatissæ. Roma via Lavicana militum decem, & depositio S. Scholastica virginis.

## G. III. IDUS FEBR.

**R**oma Calocerii & Parthemii. Lugduni sancti Desiderii Eoſcopi & martyris. Apud Viennam S. Sim-

plidis Episcopi & confessoris. Item Alexandriæ depositio Eustofina virginis, quæ in monasterio mira virtute abstinentiæ & miraculis claruit.

## A. PRID. IDUS FEBR.

**I**n Hispaniæ ciuitate Barcinomæ natale S. Eulalia virginis, quæ passa est tempore Diocletiani Imperatoris, sub praefecto Hispaniarum Datiano: quando sub eodem apud Barcinonam sancum Cuxupatem, & apud Gerundam S. Felicem gloriosas constat martyrii accepisse coronas. In Africa passio S. Damiani militis. In Alexandria Modesti & Ammonii infantum; & depositio Simplicii Episcopi & confessoris.

## B. IDUS FEBR.

**A**pud Antiochiam natale Agabi propheta, de quo B. Lucas scribit in Actibus Apostolorum. In Militana ciuitate Armenia natale S. Polyocti martyris, qui Latine interpretatur multum orans. Et natale S. Gregorii Papæ, qui rexit Ecclesiam annos sedecim, Leonis & Constantini Imperatorum tempore. Hic vir caſtus, & in divinis Scripturis eruditus; hic in Germania per Bonifacium Episcopum verbum salutis predicavit: ille Quadragesimali tempore, ut quinta feria jejuniuum atque Misericordiarum celebriter fieret, quod non agebatur, instituit, Lugduni depositio B. Stephani Episcopi.

## C. XVI. CAL. MARTII.

**R**oma natale S. Valentini presbyteri, qui post multa sanitatum & doctrinae insignia fulibus caſus est, & sic decollatus est sub Claudio Cæſare. Eodem die natale S. Valentini Interamensis Episcopi, qui tentus à pagani ac virgis caſus est, post diuturnam cædem custodiæ mancipatus, cum superari non posset, medio noctis silentio ejectus de carcere, decollatus est iuſſu furiosi Placidi, urbis praefecti. Tunc Proculus, Ephibus & Apollonius, discipuli eius transferentes corpus ad suam Ecclesiam Interamensem urbis, noctu sepelierunt. Ubi cum quotidianis vigiliis incubarent, tenui à gentilibus custodiæ sunt traditi consulari Leontio: quos ille iuſſit noctis medio suis tribunalibus praefentari, & cum à fide revocari, nec blandimentis, nec minis possent, iuſſit capite cædi, qui non longe sunt à corpore S. Valentini sepulti. Eodem die sanctorum martyrum Vitalis, Felicula & Zenonis. Apud Alexandriam sanctorum Basili, Antonii, Protolici, qui immersi sunt mari. Item Cirionis presbyteri, Moseos, Bassiani lectoris, Agathonis exorcista, qui omnes igni combusi sunt. Item Dionysii, Ammonii decollatorum.

## D. XV. CAL. MARTII.

**R**oma S. Cratonis martyris. Qui cum habet filium Cerimonem, nomine Scholasticum, qui inciderat in ægritudinem gravissimam, eumque B. Valentino Episcopo ad sanandum obtulisset, sub tali conditione: ut si puer sanaretur, ipse cum omni domo sua fieret Christianus. Sanato puer, quod promiserat, in plevit; arque cum uxore & universa domo baptizatus, non multis post diebus martyrio est consummatus. In Galliis ciuitate Valionense depositio Quinidii Episcopi, cuius mortem in confessu Domini pretiosam miracula crebra testantur. In Antiochia natale S. Joseph diaconi, Zenonis Intervenii, natale S. Agapæ virginis, Saturnini & Castula. In ciuitate Prexia SS. Faustini & Jovitæ martyrum.

## E. XIV. CAL. MARTII.

**N**atale S. Onesimi Apostoli, de quo B. Apostolus Paulus Philemoni familiares literas mitit. Quem beatus idem Apostolus Episcopum ordinans, prædicatio nisque verbum ei committens, apud Ephesiorum civi-

tatem

tatem reliquit; cui Episcopus post beatum Timotheum & ipse resedit. Hic Romanum perductus, atque ibi per fidem Christi lapidatus, sepulcus est Christi martyris primus ibi, inde ad loca, ubi fuerat ordinatus Episcopus, corpus ejus datatum est. Et in Cumis natale sancte Julianae virginis, quæ tempore Maximiani Imperatoris primò à suo patre Africano casata, & graviter cruciata, deinde & à praefecto Eleusio, quem sponsum habuerat, mula virginis casata, & à capillis suspensa est, & plumbo soluto capite perfusa, & rursum in carcerem recepta, ubi palam cum diabolo confluit, & rursus evocata rotarum tormenta, flammis ignium, ollam ferventem superavit, ac decollatione capitis martyrium consummavit. Quæ passa est quidem in Nicomedia, sed post paucum tempus Deo disponente in Campaniam translata. Apud Ægyptum Juliani, cum aliisnumero quinque milibus.

## F. XIII. C A L. M A R T I I.

**I**N Babylonia natale Polichronii Episcopi ejusdem civitatis, qui præsente Decio persecutore, ore lapidibus caso, manibus extensis, oculos ad cælum elevans, emisit spiritum. Scriptum est in passione S. Laurentii.

## G. XII. C A L. M A R T I I.

**H**ierosolymis beati Symeonis Episcopi & martyris, qui traditur propinquus Salvatoris secundum carnem fuisse: constat namen quia Cleophas, cuius filius iste fuit, frater erat Joseph. Eodem die sanctorum martyrum Claudii, & uxoris eius Præpedigata, & filiorum Alexandri, & Cutiae, fratris Claudi beati Maximi. Qui cum essent præclarissimi generis, agente fratre eorum Gabini presbytero, baptizati sunt à beato Gajo pontifice Romano, & postmodum tenti sunt, iubente Diocletiano a iudice impio Julio: & Claudius quidem cum uxore sua & filiis deportatus in exilium, deinde incendio concremari edoceretur sacrificium martyrii Deo reddiderunt, ac sic postmodum apud Holiam in mare jactati sunt, quorum reliquias Christiani perquisitas juxta civitatem sepelientur.

## A. XI. C A L. M A R T I I.

**R** OMANE sancti Gabini presbyteri, patris beatissima Sufianæ: qui à Diocletiano dñi in custodia vinculis affixus, pretiosa morte cali gaudia comparavit. In Africa natale sanctorum Pubpii, Juliani, Marubii. Item Juliani, Marcelli, Tuli, Lampasi, Inauli.

## B. X. C A L. M A R T I I.

**R** OMÆ natale Gajii Papæ. Et in Cypro natale Potamiz, Nemeris & Didymi, & alibi Victoris, martyrum & corona, & aliorum viginti. Apud Tyrum, quæ est urbs maxima Phoenicis, natale beatorum martyrum, quorum numerum Dei scientia sola colligit, quos iubente Diocletiano Verutius magister militia diversi tormentorum generibus sibi invicem succedentibus, occidit. Primo flagris per omne corpus martyres Dei dilaniabantur, post hæc tradebantur ad bestias: adhibebantur leones, ursi, pardi, apri quoique & tauri: sed à nullo horum lœsi, ad ultimum gladiis peragunt, quod bestias nequerunt. Hos ducebant, Tyrannio & Sylvanus Episcopi, qui postea bestiarum mortibus martyrium compleverunt. Pelenus atque Linus episcopi cum plurimis clericis igne consumpti, Zenobius presbyter capite casus.

## C. IX. C A L. M A R T I I.

**I**N Africa natale sanctorum Veroli, Servoli, Secundini, Siricii, Felicis, Saturnini, Fortunati, & aliorum sedecim. Et depositio Eucherii Episcopi. Apud Siciliam sanctorum martyrum 79, sub Diocletiano per diversa tormenta confessionis sua coronam à Christo sibi paratam percipere merebantur.

## D. VIII. C A L. M A R T I I.

**C**athedra S. Petri, qui sedet apud Antiochiam, ubi & primum cognominati sunt discipuli Christiani. Apud Alexandriam Abilii Episcopi, qui post B. Marcum secundus Episcopus, tredecim annos sacerdotium ministrait. In Jeropoli sancti Papia Episcopi, auditoris Joannis Apostoli. Vienna sancti Paschalii Episcopi & confessoris. Item beati Arisitionis, qui fuit unus de 72, discipulis Christi. In Nicomedia natale sancte Tecla virginis, discipule sancti Pauli Apostoli, quæ sub Nerone Imp. pro Christi nomine igni elta tradita, sed non exulta: postea serpentinis atque belitis depurata, sed à nullo eorum elta: ad extremum verò in Seleucia cum virginitis martyrio atq; virtutum honore per somnum pacis migravit ad Dominum. Roma via Tiburtina ad S. Laurentium natale sanctæ Concordia, quam Deciana persecutio trucidavit.

## E. VII. C A L. M A R T I I.

**I**N Pannoniis natale sanctorum Seronetii, Antigonii, Rutuli, Libi. Ipso die sancti Polycarpi presbyteri & confessori, qui cum beato Sebastiano plurimos ad fidem Christi convertit, atque ad martyrii gloriam cohortando perduxit. Apud Sirmium natale sancti Syreni monachi, qui tempore Maximiani Imperatoris, cum unus ex domestis eius uxorem, hora incongrua in horo, quem ipse sibi excubebat, deambulante, acrius increpando repulseret, iubente Maximiano tentus, & Christianum se esse confessus, capite casus est. Item aliorum 62, qui ibidem passi sunt. Et vigilia S. Martini Apostoli.

## F. VI. C A L. M A R T I I.

**N**ATALE sancti Martini Apostoli, qui de septuaginta discipulis pro Iuda traditore ab Apostolis electus, forte in Apostolatum subrogatus, in Judea Christi Evangelium prædicavit. Et inventio capitis præcursoris, tempore Marcianni principis, quando idem præcursor duobus monachis assistens præcepit, ut ad Herodis quondam regis habitaculum accedentes, caput suum ibi requirent, & inventum digno honore recondenter: quod ab eis inventum & aslumptum, sed non multo post culpa incuria perdutum. Perlatum est Emeliam ab aliis, & in quadam specie in urna sub terra non pauco tempore ignobiliter reconditum est: donec denouo fessumque caput ostendit Marcello cuidam religioso presbytero, dum in eo specie habitat. Ex quo tempore cœpit in eadem civitate B. Præcursoris decollatio ipso die quo caput inventum fave elevatum est celebrari. Apud Cesaream Cappadocia natale B. Sergii martyris, cuius gesta præclara habentur.

## G. V. C A L. M A R T I I.

**A**PUD Ægyptum natale sanctorum Victorini, Victoris, Nicofori, Claudiani, Dioscori, Serapionis, & Papiæ sub Numeriano, agente Sabino duce. Quorum primus in pilam ex robore cavam, & undique circumfartam missus, ac per singula foramina diutissime transperatus, & cum nimius sanguis effluaret, eductus, è pila capite casus est. Secundus manibus ac pedibus amputatus, in eandem pilam missus, prioris tormenta futuus, & non vissimè gladio casus est. Teritus cum ultra in pilam fuisse ingrellus, indignatus judex iussit eum inde produci, & super craticulam pruni substratum aliquantisper allati & inverti. Cumque in confessione persistenter, sublatu inde minutatim gladio concius spirillum reddidit. Reliquorum quatuor Claudianus & Dioscorus, flammis incensi, Serapion & Papias gladio consummati sunt. In Africa natale sanctorum Donati, Justi, Rotuli, Herenæ, Pisionis, Pamphili, Nestoris, & Castæ virginis.

## A. IV.

## A. IV. C A L E N . M A R T I I .

**I**N civitate Pergen Pamphyliae, natale S. Nestoris Episcopi, qui sub persecutione Decij cum die noctuq; orationi ministeret, postulans ut greci Christi cultodiretur, cōpreiensis à quodam Irenacho principe civitatis, oblatus est praeidi Pallioni. Et cum nomen Christi confiteretur, deos gentium dæmonia memoraret, iustus est à præside crudelissime tortuq; preses vero stupens super tolerantiam ejus dixit ei: Vis nobiscum esse, aut cum Christo tuo? Cui sanctus Nestor cum gaudio magno respondebat, dicens: Cum Christo meo & eram, & sum, & ero. Tunc preses dicit ait sententiam, ut qui Christum crucifixum fateretur, tanquam devotus Deo suo, crucifixus solveretur à vita. Ille gratias agens Deo, cùm iam affixus esset patibulo, docebat populum Chrifitianum, ut in fide perfisterent. Post hæc petens omnes ut genua fléctentes cum eo orarent: expleta oratione, cùm dixissent omnes Amen, reddidit spiritum. Eodem die B. Alexandri, Alexandrinae civitatis Episcopi glorioli tenis, qui post beatum Petrum, Arrium presbyterum suum, heretica impietate depravatum & à divina veritate disjunctum, de Ecclesia ejet. Iten: sanctorum Theonis, Opion, Justi, Donati, Ampliati, Inge- nij.

## B. III. C A L . M A R T I I .

**A**蒲 Hispaniam, in civitate Hispali, natale S. Leandri Episcopi, ad quem B. Gregorius libros Moralium scriptis, cuius prædicatione & industria tota Visi gothorum gens ab Africâ impietate converta est. Eodem die in Alexandria natale S. Juliani martyris. Qui cùm ita podagra esset confrictus, ut neque incedere, neque itare posset, in sellula judicii officeretur, cum his qui eum portabant, quorum unus negavit, alter nomine Enus, cum Julianu fene in confessione Christi perdurat. Quique jubente judice camelis impositi, & per totam circumducti urbem, & flagris hinc inde inspectante populo lanati sunt, usquequo finem ipsi verberibus fortinrent. Apud Lugdunum sancti Baldimeris vir Dei. In Thessalonica natale Alexandri, Androgoni, Abundantii. In Africa Dionyſii, & aliorum viginti quatuor.

## C. P R I D . C A L . M A R T I I .

**I**n territorio Lugdunensi locis virtentibus beati Romani Abbatis, qui primus illuc vitam eremiticam duxit, & multis virtutibus ac miraculis clarus, plurimorum polica pater exicit monachorum. Venerabile corpus eius postum est in finibus Velsonionum. In Alexandria sanctorum martyrum Cerealis, Pupuli, Gaii, Serapionis.

M A R T I V S H A B E T D I E S X X X I .  
Lunam XXX.

## D. C A L E N D . M A R T I I .

**A**ndegavis depositio sancti Albani Episcopi, Roma sanctorum martyrum ducentorum sexaginta, temporibus Claudi, qui via Sa- maria arenam fodientes damnati sunt pro Christi nomine: quos jussit Cladius, ut infliguntur toris muros Salarii mitterentur, & eo loco inclusi in civitate amphitheatro, milieum sagittis interficerentur. Eodem die depositio sancti Switherti Episcopi & confessoris.

## E. VI. N O N . M A R T I I .

**R**oma via Latina sanctorum Iovini & Basilei, qui passi sunt sub Gallieno & Valeriano imperatoribus, & Simplicij Papæ, qui sedis annos quindecim. Hic Academicum Constantiopolitanum Episcopum, & Petrum Alexanderum Episcopum, Eurychianos damnavit. Eodem die martyrum plurimorum sub Alexandro Imperatore

passorum. quos diu cruciatos impius Alexander capitali sententia in extremo damnavit. In Cæsarea Cappadocia lucas Episcopi: in Portu Romana, Pauli, Secundola, Januaria, & sanctorum Longi, Hergli & Abaloni.

## F. V. N O N . M A R T I I .

**N**atale sanctorum martyrum Emetherij & Celidonij, qui primum apud Legionensem Galatia civitatem, militis exurgente persecutus pro celo pro confessione nominis Christi plurimus affliti tormentis, Calacurri usque perdusti, atque ibi martyrio coronati sunt: cumque capita烈士 inciderent, miraculum populis magnum apparuit Nam unius annulus, otariumq; alterius nube susceptum, & in celos evectum est. Viderunt hæc omnes qui aderant, & usquequo acies oculorum intendere potuit, fulgore aurum, candoremque linteum artonito sequabantur intuitu. Scribit hæc Aurelianus Clemens, in libro coronatorum. Apud Cæsaream Palestinae sanctorum martyrum, militis Marini & Alteri senatoris, sub persecutione Valeriani. Scriptum est in historia Ecclesiastica. Et natale sanctorum Felicis, Lucioli, Fortunati, Marcie, Herodis, Antigonij, Januarij, TuteLLæ, Gabiani, Quirijuli: Item Felicis, Floriani, Donati.

## G. IV. N O N . M A R T I I .

**N**atale S. Lucij Papæ & martyris, qui persecutione Valeriani & Gallieni, ob fidem Christi exilio relegatus, & postmodum divino nutu ad Ecclesiam suam redire permisitus, martyrum capitis ab truncatione complevit, positus est via Appia ad sanctum Sextum. Sed autem in Episcopatu annos tres, menses tres, dies tres. Hic præcepit, ut duo presbiteri & tres diaconi, in omni loco Episcopum non deserenter, propter testimonium Ecclesiasticum, item Romæ via Appia sanctorum martyrum non gentium, qui sunt positi in cimiterio ad sanctam Ceciliam. Eodem die sancti Gaii Palatini, in mare meriti. Romæ de positio Julij episcopi & Nicomedis, & passio sanctorum Adriani cum alijs numero triginta tribus.

## A. III. N O N . M A R T I I .

**A**蒲 Antiochiam passio S. Phocæ martyris, qui post multas, quas pro nomine Redemptoris est passus in iurias, qualiter de antiquo illo serpente triumphaverit, hodie quoque populis declaratur. Denique si in quempia locum coluber mortis stringens, venena diffuderit, extemplo qui percussus est, ut januam Basilicæ martyris credens attigerit, evacuata virtute veneni salvatur. Item ipso die S. Euzebij Palatini, & aliorum novem martyrum.

## B. P R I D . N O N . M A R T I I .

**N**icomedia natale sanctorum Victoris & Victorini, qui per triennium cum Claudiano & Bassa uxore sua tormentis affliti, & retrorsi in carcere, ibidem yita sua censum impleverunt. Et depositio S. Quiriaci presbyteri.

## C. N O N E M A R T I I .

**I**n Mauritania, civitate Tuburbinatorum passio sanctorum martyrum Perpetuus & Felicitatis, & cum eis revocati Saturnini & Secundoli, quorum ultimus in carcere quievit, teliqui omnes ad bestias traditi sunt, sub Severo principe, die natalis ejus. Quaque dum adhuc servaretur in carcere, & Felicitas parturier, omnium sanctorum commilitonum precibus impetratum est, ut octavo mense pareret. Jam vero Peperua inter alia concessum est, ut eius mens quadammodo averteretur a corpore, in quo vacca impetum perculit, ita ut adhuc futurum expectaret, quod in se jam gestum esse nesciret.

## B. VIII. IDUS MARTII.

**A**蒲 Carthaginem sancti Pontiani diaconi, beati Cypriani Episcopi, qui usque ad diem passionis ejus cum ipso exilium sustinuit, & egregium volumen vita ipsius & passionis reliquit, atque Dominum in passionibus suis glorificans coronam vita promeruit. In Nicomedia Quintuli Episcopi & Capitulini. In Africa Rogati, Bera, Herma, Felicitatis, Orbani, Cyrilli Episcopi, Sylvani & Mamilli.

## E. VII. IDUS MARTII.

**I**n Sebaste Armenie minoris quadraginta militum tempore Licinij regis, sub pralide Agricolao, qui post vincula & carceres creberimus, post casas lapidibus facies, missi sunt in Itagnum, ubi gelu constricta corpora eorum nocte distumpebantur, & mane crurium fractio martyrum consummaverunt. Deinde corpora eorum combusta, & in fluvium proiecta sunt: sed divina dispensatio ne reliquiae eorum sunt integra reperta, & honore digne condita. Erant autem nobiliores inter eos: Quirion & Candidus; nomina aliorum, Domitianus, Eunoticus, Sifinius, Eraclius, Alexander, Joannes, Claudius, Athanasius, Valens, Helianus, Melion, Beditas, Achacius, Jubianus, Helius, Theodolus, Cyrilus, Flavius, Severianus, Cirion, Valerius, Chudion, Sacerdon, Priscus, Enthicius, Smaragdus, Philocimon, Actius, Micalius, Lysymachus, Donnus, Theophilus, Xanticus, Aggius, Leontius, Istius, Gaius, Gorgonius.

## F. VI. IDUS MARTII.

**N**atale sanctorum martyrum Alexandri & Gaii de Eumenia, qui apud Apamiam persecutione Antonini Veri, martyrio coronati sunt, ut scribit Apollinaris Hierosolymitanus, in libro adversum Cataphygas. In Persia natale sanctorum martyrum numero 42. In Bobio natale Attala Abbatis & confess. In Antiochia Agapæ virginis, & Marianæ: Smyrnae, Phronis. In Nicomedia Palatini, Firmiani & Rustici.

## G. V. IDUS MARTII.

**A**蒲 Nisoram civitatem sancti Gregorii Episcopi, fratris beati Basilij Cæsariensis, viri doctissimi, & eloquentia clarissimi. Apud Barcinonam Patiani Episcopi, tam vita, quam sermone clari: qui optima fenechte mortuus est, Theodosij principis tempore. In Alexandria, Eracli, Zofimi, Alexandri.

## A. IV. IDUS MARTII.

**R**Omæ sancti Gregorii Papæ, qui in lego Dei luculentissimus doctor exiit, & gentem Anglorum per Augustinum & Mellitum atque Joannem, servos Dei ad fidem Christi convertit, qui edit ibi annos tredecim, menses sex, dies decem. Hic augmentavit in precatione Canonis. Diesque nostros in tua pace dispone. Eodem die beati Innocentij Papæ, qui rex Ecclesiam annos quindecim, menses duos, dies viginti unum. Hic constitutum fecit de Ecclesia, & Pelagium atque Celestimum hæreticos damnavit: & constituit, ut qui natus fuisset de Christiana, per baptismum renasceretur, quod Pelagius damnabat. Apud Nicomediam beati Petri martyris sub Diocletiano, eo quod de immensis martyris sancti Nomæ supplicijs caufaretur, appendi iussus est, & flagris rotum corpus lanari, & visceribus jam pelle nudatis, perfunditur acetum & sale: novissime in craticula pruni subterstrata vitam finivit. Item Nicomedia natale sanctorum Egdoni presbyteri, & aliorum septem, qui diebus singulis suffocati sunt, ut carceris metus incuteretur. & passio sancti Maximiliani martyris.

## B. III. IDUS MARTII.

**A**蒲 Nicomediam natale sanctorum Macedonij presbyteri, & Patricij uxoris ejus, & filie Modestæ. In Nicæa civitate natale sanctorum martyrum Teufeta, & Horris filij ejus: Theodoræ, Nymphodora, Marca, Arabia, qui omnes igni traditi sunt. Julij Episcopi Alexandriae.

## C. PRID. IDUS MARTII.

**R**Omæ natale quadraginta septem martyrum, quibus prizati sunt à Petro Apostolo, cum teneretur idem Apostolus in custodia Mamerti, cum Apostolo suo Paulo, ubi novem menses detinuntur: qui omnes sub devotissima fide confessione Neroniano gladio consumpti sunt. In Carthagine sanctorum Donati, Eufrosini, Frumini, in Nicomedia natale Felicissimi & Frontiniæ.

## D. IDUS MARTII.

**I**n Cappadocia passio sancti Longini martyris, de quo in libello martyrij ejus narratur, quod aliquando militans sub centurione Romano, in passione Domini latus ejus cum lancea in cruce aperuerit, & viro terra mortuus & signis qua seebant, crediderit in Christum, pœnitentiam agens de operibus paucis: postea monachus factus, per triginta & octo annos Christo militaverit, multos convergens ad fidem Dei: et ad extremum verò martyrium complevit in Cappadocia sub Octavio pralide, quem propter infidelitatem suam divino iudicio perculsum corpore exitate, post martyrium suum illuminavit. Apud Thessalonicanam civitatem natale sanctæ Mariona: quæ cum esset ancilla cuiusdam Judææ, & occulæ Christum collens, deprehensa à domina sua, & usque ad mortem cæsa, incorruptum spiritum reddidit.

## E. XVII. CAL. APRIL.

**R**Omæ natale sancti Cyriaci, qui post longam carceris macerationem, quam sub Maximiano pertulit, cum Sifinio condiacono suo, & Smaragdo & Largo, post multa facta miracula, in quibus etiam filiam Diocletiani Artemiam ipsius rogatu à demonio curavit ac baptizavit: filiam quoque Saporis regis Perseorum Jebiam, missus illò à Diocletiano pro hoc æquè à demonio liberavit ac baptizavit cum ipso rege & alijs quadringentis triginta: & rediens Romanum post mortem Diocletiani, tentus est inter alios Christianos a filio ejus Maximiano, & in custodiæ missus, eo quod sororem suam christianam fecisset. Deinde præcepit, ut inde die processio sua nudus catenis obligatus, ante ihedam seu traheretur. Et post hunc eductus de carcere, cum socijs Largo & Smaragdo & Crescentiano, per Carpasiū vicarium pice reliquata, caput ejus perfusum est: & rursum post dies quatuor eductus deinde de carcere, in catastrophæ extensus ac tractus, nervi & fusiib; casis, post dies aliquot jubente Maximiano, capite truncatus est, cum Largo & Smaragdo, & alijs viginti. Scriptum est in gestis Marcelli Papæ. Viennæ sancti Isidori Episcopi.

## F. XVI. CAL. APRIL.

**I**n Scotia natale sancti Patricij Episcopi & confessoris, qui primus ibidem Christum evangelizavit. Eodem die sancta Gertrudis virginis, & natale Mariae martyris. Hæc quoque cum effet ancilla cuiusdam Tertullij præclaræ viri, & nolle in natali filij ejus prandijs dominij sui interesse, sed magis Christianorum more jejunijs operari dare, flagellis atrociibus ab eodem domino suo lacerata est. Sed cum non posset per hoc ab instantia servitij Christi, ad idolorum cultum revocari, judicii publico ad puniendum tradita est. Ubi dum carnifices eam incendio tradere voluisse, propter priores populi datae sunt ei inducere

trium dierum. Triduo ergo completo, cùm iterum puniri debat, mirabiliter Domini misericordia ereta est. Nam cùm orationem fudisset ad Dominum, petra ingens, qua ante eam fuerat, per medium scissa illam in se recipiebat, & undique concludens oltum furor refluit: ad quam populus concurrens, cum vellet secundum iustum principis ipsum lapidem destrueret, tulmine ac tonitru celsitus emulso, plurimi eorum interierunt, ita ut duo millia & septingentorum ipius divino iudicio exinstiti fuerint: pauci vero qui remanserant, conversi ad Dominum, in Christia na religione permaneuerunt.

## G. XV. C A L. A P R I L.

**N**atale sancti Alexandri Episcopi, qui de Cappadocia civitate sua veniens, cùm desiderio fandorum locorum Jerosolymam pergeret, & Narcissus Episcopus eiusdem urbis, jam senex regeret Ecclesiam, ipsi Narciso & multis clericis eius revelatione altera die manus intitare ad Episcopum, qui adiutor fandoralis cathedra esse debet. Itaque re ita completa, ut prædicta fuerat, cunctis in Palestina in unum congregatis, adiutante vel maximè Narciso Hierosolymitanæ Ecclesia cùm eo gubernaculum suscepit: quique persecutione Decii cùm iam longavæ atritis veneranda canicie præfulgeret, duxit Cæsar, & clausus carcere, ob confessionem Christi martyrio coronatus est. In Alexandria natale Coelestici, & in Nîmes Aprilis & Cervoli.

## A XIV. C A L E N D. A P R I L.

**N**Spolitana civitate natale beati Joannis, magna sanctitatis viri & confessoris, qui peregrinus de Sicilia illuc venit, & in suburbano ejus adificavit monasterium, & habitavit ibi quadraginta quatuor annis, ubi & requievit in pace, ubi præstantius beneficia Dei usque in hodiernum diem. Eodem die apud Surrentum fandorum Quinti, Quintilli, Quartilla, Marci, cum alijs novem. Lucania, Ingenui, & Rogat & Timothei.

## B. XIII. C A L. A P R I L.

**I**n Britannis sancti Cuthberti, qui ex anchorita Ecclesia Lindisfarnensis antistes, totam ab infanta sua ad teum vitam miraculorum signis inclamat duxit: cùjus dum undecim annis maneret corpus humatum, incorruptum, quasi eadem hora defunctissimum cum veste, qua tegebatur, et inventum.

## C. XII. C A L E N D. A P R I L.

**A** pud Castrum castrum natale sancti Benedicti Abbatis, cuius vitam miraculorum glorioam in Dialogorum libris beatis Papa scribit Gregorius. Eodem de beati Serapionis anchorita. Et in territorio Lugdunensi sancti Lupicini Abbatis, cuius vita sanctitatis & miraculorum gloria illustris fuit.

## D. XII. C A L E N D. A P R I L.

**I**n Gallijs civitate Narbone S. Pauli Episcopi & confessoris, discipuli Apolotorum Christi, quem tradunt eundem ipsum filium Sergium Paulum proconsulem, virum prudentem, à quo ipse Paulus fortius est nomen, qui ipse eum fisci Christi subegerat: quique ab eodem sancto Apostolo cùm ad Hispanias prædicandi gratia pergeret, apud prefatam urbem Narbonem relictus, prædicationis officio non segniter impletus, clarus miraculis coronatus sepelitur. In Africa Saturnini, & aliorum novem. In Sebastia Decroni & Alionis.

## E. X. C A L E N D. A P R I L.

**I**n Africa sanctorum martyrum Victoriani, Frumentij, & alterius Frumentij, & duorum Germanorum, qui o-

mnies persecutione Vandalica sub Hunefico rege Ariani- rum apud Africam pro constantia catholicæ confessionis immanissimis supplicijs excruciatæ, egregiæ coronati sunt. In Africa natale Felicis, & aliorum viginti.

## F. IX. C A L. A P R I L.

**R**oma sancti Pigmenij presbyteri. Hic Julianum apostamat & impium à pueru nutritivit, & literis etiam sacris eruditivit. Sed factus Imperator, culturam pietatis postquam reliquit, audito quod corpora sanctorum martyrum qui ab eo necabantur, idem Pigmenius sepeliret, mandavit ei. Perge quo volueris, hic enim non mercabitur vita tua: tamen servitius tuus reddo, non tibi. Tunc sanctus Pigmenius in Persidam perrexit, ubi demoratus annos quatuor, factus est cacus unde monetur Pigmenius in somnis, ut reyeretur Romam. Cumque post menses quatuor reversus, clivum sacræ viae cum uno pueru stipem petendo confonderet, factum est, ut offendetur Julianum Imperatorem in rheda aurea sedentem: qui eminus conficiens Pigmenium, vocari eum præcepit, dixitque ei: Gloria diis deabusque meis, quia te video. Cui vir Dei illico respondit: Gloria Domino meo Iesu Christo Nazarenæ crucifixio, quia te non video. Ad hanc vocem iratus Julianus, iussit eum per pontem in Tiberim præcipitari. Cujus corpus in ventum & collectum, sepulsum est in cemiterio Pontiani, non longè a sanctis Abdon & Senne. Et natale sanctorum Seleucis & Agabi.

## G. VIII. C A L. A P R I L.

**A** pud civitatem Galilæa Nazareth annuntiatio Dominicæ: & Jerosolymæ ubi Dominus noster Christus crucifixus est. Et in Nicomedi natale Dulæ ancillæ cuiusdam militis pagani, quæ pio castitate occisa est. Roma Cirini, qui interfactus a Claudio & in Tiberim jacatus, in insula Laconia inventus, & in cemiterio Pontiani conditus est. Et apud Smyrnam natale sancti Irenai Episcopi, qui tempore Maximiani Imperatoris, sub præside Probo, primò tormentis acerrimis vexatus, deinde diebus plurimis in carcere cruciatus, novissime absciso capite consummatus est.

## A. VII. C A L E N D. A P R I L.

**R**oma via Lavicina, in cemiterio ejusdem natale sancti Caftuli: qui cùm esset cetarius palatij, & hospes fandorum, à persecutoribus arctatus, & tertio appensus, tertio auditus, in confessione Domini perseverans, missus est in foveam, & dimisla est super eum massa arenaria, atque ita cum palma martyrij migravit ad Christum. Apud Pentapolim Libya & Theodori Episcopi, Irenæ diaconi, Serapionis & Ammonij lectorum: & apud Simium natale S. Montani presbyteri, qui cum Maxima uxore tentus, & in fluvium præcipitatus est, corpora eorum non longè ab urbe tuba lapide inventa. Et depositio S. Luitgeri Episcopi & confessoris.

## B. VI. C A L E N D. A P R I L.

**H**erosolymæ resurrectio Domini nostri Iesu Christi. Apud Aegyptum beati Joannis eremiti, admiranda sanctitatis viri, qui etiam propheticō spiritu plenus, theodosio Imperatori Christianissimo victorias de tyrannis predixit.

## C. V. C A L. A P R I L.

**A** pud Cæsaream Palestina sanctorum martyrum, Prisci, Malchi & Alexandri, qui persecutione Valeriani, cùm suburbanum agellum supradictæ urbis inhabitarent, atque in ea cœlestis martyrij proponerentur corona, divino fidei calore succensi, ultrò judicem adeuntes, curvantum in sanguinem piorum deservirat, objurgant: quos

ille continuo pro Christi nomine bestiis tradidit devorandos. Et apud urbem Cabilonensem depositio Guntrammi regis, qui ita se spiritualibus actionibus mancipavit, ut reliktis seculi pompi thesauros suos ecclesijs & pauperibus erogaret. Romæ Sixti Papæ, qui sedit Rome annos octo. In Africa natale Rogati, Successi, & aliorum sedecim. In Cæsarea sancti Dagalaffi.

## D. IV. C A L. A P R I L.

**D**epositio Eustafij Abbatis, discipuli sancti Columbani Abbatis, qui pater ferme sexcentorum exitit monachorum, & sancte vite conspicuus, etiam miraculis claruit. Hic criminatorem suum Basiliu nomine, nutu diuino mortuum manibus suis cum linteaminibus & aromatis transpelivit apud beatum Petrum. Apud Africam sanctorum confessorum Armogasti, Archinimi & Saryi. Hi tempore Vandalicæ persecutiois sub Gensericho rege Aiano, cum essent lucidissima membra ecclesie Christi, & pravitate Arianorum libertate Catholica frequenter arguerent, pro confessione veritatis multa & gravia perpepsi supplicia atque opprobria, cursu gloriose certaminis impleverunt. & passio S. Achatrij.

## E. III. C A L E N. A P R I L.

**A**pud Paphum Tichici Apostolorum discipuli. In Numidia apud Cirenensem coloniam, natale sanctorum martyrum, Agapij & Secundini episcoporum: qui persecutio Valeriani post longum exilium apud praefatam urbem, in qua tunc maximè gentilium caco furore, & officiis militaris, ad tentandam iustorum fidem, rabies diaboli in effantanci inhibebat, ex illustri sacerdotio effecti sunt martyres gloriosi. Passi sunt in eorum collegio Aemilianus miles, Terrulla & Antonia sacrae virgines, & quædam mulier cum suis geminis. Et natale Domini, Philipponij & Lacatij & Niceti episcopi.

## F. P R I D. C A L. A P R I L.

**R**OMÆ sanctæ Balbinæ virginis, filiae Quirini martyris: qui beatus martyr tollens Boiam de collo Alexandri Papæ, secundum iussionem ejus cum pergeret, ut collo filiæ sua strumam habentis imponeret, ecce puer subito cū facula apparuit, quem constat angelum Dñi fuisse, & venit ad puellam dicens: Salva esto, & in virginitate permane, & ego te faciam videre sponsum tuum, qui pro amore tuo sanguinem suum fudit. Perveniens pater, ut perficeret quod de Boia ei iussum fuerat, vidit subito filiam suam sanam: quia postmodum à sancto Alexandre baptizata & instruta, in virginitate plena operibus bonis permanxit: quia tamen post devictum seculi hujus cursum sepelitur juxta patrem suum Quirinum martyrem. In Africa natale Anefij, & depositio Ambrosij episcopi, & natale septem virginum.

APRILIS HABET DIES XXXI.  
Lunam XXIX.

## G. C A L E N D. A P R I L.

**R**OMÆ beatissima Theodoræ, sororis illustrissimi martyris Hermetis, quem beatus Alexander Papa instruxit ac baptizavit, atque fidem Christi docuit. Quæ sub Aureliano Imperatore martyrum compleverunt, sepulta juxta fratrem martyrem via Salaria, non longè ab urbe Roma. Eodem die S. Venantij episcopi & martyris. Et in pago Viunoenae S. Vularici confessoris, cuius sepulchrum crebris miraculis illustratur.

## A. IV. N O N. A P R I L.

NATALE sancti Nicecij episcopi Lugdunensis, cuius & vita miraculis claruit, & pretiosa mors nihilomi-

nus miraculis commendatur. Et apud Cæsaream Cappadociæ passio S. Theodosia virginis, quem tempore Diocletiani clm esset annorum decem & octo, ultrò se sanctis confessoribus in custodia socians, tenta est ab Urbano prefecto, & in equuleo cruciata, deinde ferro onusta, & in carcere trusa, ubi virtute Dei omnia vincula ejus disrupta sunt. Post hæc falso alligata, in maremersa est: sed mox incolunis litoribus reddita, bestiis in amphitheatre est projecta sed ab his intacta, martyrium capitis ab scissione promeruit. In Africa, Amphiani, Victoris, & aliorum quatuordecim, & alibi Marcelli, Saturnini, Satulli, Quiaci, regina Procula.

## B. III. N O N. A P R I L.

**T**Heßalonica natale sanctarum virginum, Agapæ & Chionia, sub Diocletiano, que primò in carcere macerata, postea in ignem missæ sunt: sed intactæ à flammis post orationem ad Deum fusæ, animas reddiderunt. Apud Scythiam civitatem Thomis, natale sanctorum Evagri & Benigni. Apud Tauroumenium Sicilia S. Pancratij.

## C. P R I D. N O N. A P R I L.

**M**Ediolani depositio beati Ambrosij episcopi & confessoris, cuius studio inter cetera doctrina & miraculorum insignia, tempore Arianæ perfidia tota Italia ad Catholicam fidem conversa est.

## D. N O N. A P R I L.

**T**Heßalonica natale sanctæ Hytensis virginis, quæ post tolerantiam carceris, sagitta percussa est à Sisnio comite, sub quo & forores ejus simili Agapæ & Chionia martyrum compleverunt. Item apud Ægyptum natale sanctorum Marciani, Nicanoris, Apollonij. Apud Cæsaream Lyciæ, natale S. Amphianii.

## E. VIII. I D U S A P R I L.

**R**OMÆ sancti Sixti Papæ, qui rexit Ecclesiam annos decem, menses duos, diem unum. Passus est autem temporibus Adriani Imperatoris. In Sirmio natale Irenæ episcopi ejusdem loci.

## F. VII. I D U S A P R I L.

**E**gipciivi sanctissimi, qui vicinus apostolorum temporibus omnes à passione Dñi, usque ad suam aratrem ecclesiasticorum actuum texens historias, multaq; ad oritatem legendi pertinentia, hinc inde congregans, quinque libros compositus, quibus sermones implicitur eorum, quorum vitam celebrat. Dicendi quoque exprimebat characterem, afferitq; se veniss sub aniceto romam, qui decimus post B. Petrum Episcopus fuit, & perseverasse usque ad Eleutherium ejusdem urbis episcopum, qui aniceti quandam diaconus fuerat. Idem quoq; Egipcius in libris suis referit de conversatione sua, quam habuit in genitili philosophia: nam & ego ipse, inquit, scitis Platonicas institutas, audiens infamari Christianos, & videns eos impavidos ad sucipiendam mortem atque supplicium tolerandum, considerabam quod impossibile esset, in malitia atque in libidine eos conversari. Roma Celestini Papa, qui rexit ecclesiam annos octo. Hic constituit, ut sacra mysteria non traudentur nisi à sacris ministris: & quicunque episcopus evocatus fuisset ad sedem apostolicam, residens ad parochiam suam, non recipretur, nisi salutariorias literas, h.e. formatas à sede apostolica, plebi detulisset. Hic etiam constituit, ut in ea actionem Missarum, Sanctus, Sanctus, Sanctus decantaretur: & ut Psalmi Davidici centum quinquaginta ante sacrificium antiphonam cantarentur: nam antea tantum epistola recitabantur, & sanctum Evangelium. In Alexandria natale Peleusij presbyteri. In Nicomedia natale Cyriaci cum aliis decem.

G. VI.

## G. VI. IDUS APRIL.

**T**uronis S Perpetui episcopi admiranda sanctitatis virtus, cuius opera templum super reverenda ossa beati Martini episcopi perfectum est, eisque sacrum corpus de loco ubi primum tumulatum fuerat, ad locum ubi in una condigne veneratur, translatum. In Africa natale Januarij, Maximæ, Macharij, & in Carthagine Concellæ.

## A. V. IDUS APRIL.

**A** Pud Sirmium natale septem virginum, quæ in unum meruerunt coronam. Apud Antiochiam beati Prochori diaconi, preclarissimi fide & miraculis viri, martyrio consummati, qui unus fuit de septem primis discibus ibique quiescentibus.

## B. IIII. IDUS APRIL.

**E** Zechielis prophetæ Romæ beatorum martyrum plurimorum, quos beatus Alexander Papa & martyris baptizavit, cum teneretur in carcere, & ipsi religati pariter cum illo. Hos omnes Aurelianus Imperator navi vetustæ impositos, in altum mare deduci, & illuc ligatis collis, lapidibus mergi in profundum fecit.

## C. III. IDUS APRIL.

**A** Pud Cretam urbem Cortinæ beati Philippie episcopi, qui vita & doctrina claruit temporibus Antonini Veri & Lucij, Aurelii, Commodi Imperatoris.

## D. PRID. IDUS APRIL.

**R** OMÆ via Attelia miliario tertio, in cœmitorio Calpodij, natale S. Julij Episcopi & Confessoris, qui sub Constantio Arriano filio Constantini, 10, mensibus circubationes & exilii perpeccus, post ejus mortem cum magna gloria ad suam sedem reversus est. Hic constituit, nullus clericus causam quamlibet in publico ageret nisi in Ecclesiâ, & notitia fidei per notarios colligetur, & siue cautions, vel instrumenta, aut donationes, vel comutationes, aut traditiones, vel testamenta, aut allegationes, vel manumissiones à clericis in Ecclesiâ celebrarentur. Apud Veronam civitatem passio S. Zenonis martyris, de quo B. Gregorius in libro Dialogorum refert.

## E. IDUS APRIL.

**A** Pud Pergamum Asie urbem sanctorum Carpie episcopi, & Papyrij diaconi, & Agathonice optimæ feminæ, aliarumq; multarum, quæ probatis confessionibus martyrio coronate sunt, cum quibus & vir mirabilis Justinus philosophus, qui habitu quoque philosophorum incedens, pro religione Christi plurimum laboravit, in tantum ut Antonino Pio, & filijs eius, & senatu librum contra gentes scriptum daret, ignominiamq; crucis non erubesceret. Cumq; jam secundum librum successoribus prefati Imperatores, i.e. Antonino Vero, & Aurelio Commodo, pro religiosis nostræ defensione porroxisset, remunerationem lingua fidelis martyri munus accepit. Apud Hispaniam natale Hermingildi, quem pater ejus Leovigildis rex, Arianus, Gothorum ob fidei Catholicæ confessionem inexpugnabilem videns, in carcерem & vincula conjectit, ubi nocte sancta Dominica resurrectionis Iesu perfidi patris securi percussus, regnum cœlestis pro terreno Rex & martyri intravit. In civitate Chalcidona natale Euphemia virginis & martyris.

## F. XVIII. CAL. MAI.

**R** OMÆ via Appia in cœmitorio Prætextati natale sanctorum martyrum Tiburtij, Valeriani & Maximi, sub Almachio praefecto, quorum primi fustibus casi, & gladio

sunt percussi, ultimus tamdiu plumbatis verberatus est, donec spiritum redderet. Inter annis sancti Proculi martyris. Item sanctæ Domnae virginis, cum socijs virginibus coronata, Alexandriæ beati Frontonis abbatis, cuius vita sanctitate & miraculis extitit gloriola, & qui septuaginta fermè pater extitit monachorum.

## G. XVII. CAL. MAI.

**N** civitate Corduba natale Olympiadis & Maximi nobilium, qui jubente Decio fustibus casi, & deinde plumbatis, ad ultimum capita eorum fecuribus tuta sunt, donec emitteret spiritum. Et in Hispaniæ civitate Cæsar auguste natale sanctorum martyrum, Obtati, Luperci, Successi, Martialis, Urbani, Julij, Quintiliani, Publij, Frontoni, Felicis, Ceciliani, Evoti, Primitivi, Apodemii, & reliquorum quatuor, qui omnes Saturnini vocati esse referuntur. Apud Italiam natale sanctorum martyrum, Romani, Eutyches & Victorini, quos Aurelianus per vaniora occidi fecit.

## A. XVI. CALEND. MAI.

**A** Pud Corinthum Calisti & Carissi, cum alijs septem, omnium in mare missorum. Romæ sancti Aniceti Papæ, qui sedet in episcopatu annos undecim, & tempore Severi & marci martyrio coronatus, sepultus est in cœmitorio Calisti. Hic constituit, ut clerici comam non nutriri, secundum apostoli præceptum.

## B. XV. CALEND. MAI.

**A** Pud Africam natale sancti Mappalici, qui cum alijs pluribus martyrio coronatus est. Scribit B. Cyprianus in epistola multa de illo. Apud Antiochiam natale sanctorum Petri diaconi & Hermogenis. Viennæ S. Pantagati episcopi. In Africa Fortunati & Marciani.

## C. XIV. CALEND. MAI.

**A** Pud mesanam Apulia natale sanctorum martyris Eleutherij episcopi, & Anthia matris ejus. Hic Eleutherius in Aquileia episcopus ordinatus, sub Adriano Imperatore Roma passus est. Hic primum Felicem & Coronum comites ad fidem convertit Christi, pro quo ipse Correvus percussus est gladio. Nam Eleutherius primum vicit leatum ferreum, deinde craticulam, & signum suppeditum, postea sarcinam cum pice & adipe serventem, dehinc bestias mitigavit, novissime una cum matre jugulatur. Romæ S. Apollonij senatorie, qui sub Commodo principe à servo prodditus, quod Christianus esset, & imperatus ut rationem fidei sua redderet, insigne volumen composuit, quod in senatu legit, & nihilominus sententia senatus pro Christo capite truncatus est.

## D. XIII. CALEND. MAI.

**I**n Armenia civitate Militana natale sanctorum Herimogenis, Gaij, Expediti, Aristonici, Rufi, Galathæ, una die coronatorum. In Hispania civitate Caucoliberi natale sancti Vincentij martyris. Apud Corinthum beati Timonis, de illis supremi diaconibus primis, qui apud Berceam primò doctor sedet, deinde verbum Domini dissemianus venit Corinthum, ibique à zelantibus Judæis, & nomine Christi persequenteribus Gracis traditur, ut primò flammis urterunt injectus, sed nihil Iesus. Deinde crucifixus, martyrium suum impletiv, & sepultus est apud Corinthum gloriose.

## E. XII. CALEND. MAI.

**R** OMÆ sancti Victoris episcopi, qui tertius decimus post beatum Petrum rexit ecclesiam annis decem, & sub Severo principe martyrio coronatur. Hic constituit,

uit sanctum Pascha die Dominico celebraretur, & à quinta decima luna primi mensis usque ad vicesimam primam observaretur; & constituit ut necessitate faciente, sive in flumine, sive in mari, sive in fontibus, sub Christiana confessione, quicunque hominum ex gentibus venientes baptizarentur. In Gallis civitate Ebredunense natale S. Marcellini, primi ejusdem urbis episcopi & confessoris.

Romanorum sanctorum Sulpicij & Serviliani. ptuaginta reges, multis miraculis claruit, plurimosq; converit ad fidem Christi, simul & Alexandriam uxorem ipsius Datiani usque ad martyrium confortavit; ipse vero novissime decollatus martyrum explevit, quamvis gesta passionis ejus, inter apocryphas connumerentur scripturas. In Gallis civitate Valentia natale sanctorum Felicis presbyteri, Fortunati & Achillei diaconorum, qui à beato Ireneo Lugdunensi episcopo & martyre ad pradicandum verbum Dei missi, cum maximam partem supradicta urbis ad fidem convertissent, à duce Cornelio in carcere tuisi, dein durissima nervorum flagellatione diutissime verberati, postea vinclis post tergum manibus, cruribus quoque amaritudine supposita, die ac nocte continuata equulei extenione suspensi, ad extreimum gladio consummati sunt. In Fontenella monasterio S. Vulfranni episcopi, praelari in miraculis viri: & S. Adelberti episcopi & martyris.

## F. XI. C A L. M A I.

**R**OMÆ sancti Soteris Papæ, qui sedet in Episcopatu annos novem, sepultus est in coemiterio Calisti. Hic constituit, ut nulli monacha pallam sacramatam contingret in Ecclesia, neque incensum poneret. Apud Perfidem, natale S. Simeonis Episcopi Seleuciae, & Theofonti regium civitatum, qui persecutione Sapori regis Persarum, jubente eodem tyranno comprehensus, ferroq; onus: cùm inquis tribunalibus exhibitus, de Dño Iesu Christo voce libera & constantissima testaretur, primum carceri ergastulo cùm alijs centum, è quibus alijs episcopi, alijs erant presbyteri, alijs diversorum ordinum clerici, longo tempore maceratus est; novissime iussus est cum omnibus decollari, ita ut ceteri cùm jugularentur, astaret, & ipse ultimus trucidaretur. Passi sunt cum etiam Ustazadi eunucho, nutritius regis: & Abdella atque Ananias, venerabiles senes: & Putilius, praepotitus artificium regale: eo quò videns praefatum senem Ananiam sub iecu gladii trementem, exclamaverit confidenter, dicens: Paulum o senex, clade oculos fecurus, mox Christi videbis aperitum. Filia quoque ejusdem Pustij, virgo sacra, sicut perempta est. Apud Alexandriam natale sanctorum Fortunati, Aratoris presbyteri, Felicis, Silini, Vitalis, qui in carcere quieverunt. In Asia natale Maximini martyris, qui tempore Decij post alia tormenta lapidibus opprimitus est.

## G. X. C A L. M A I.

**R**OMÆ via Appia in coemiterio Calisti Gai Papæ. Hic constituit, ut per omnes gradus primū ascenderet, si quis episcopus fieri meretur, ut esset ostiarius, lector, exorcista, subdiaconus, diaconus, presbyter. Qui cùm Ecclesiam undecim annos, menes quatuor, dies duodecim rexisset, martyrio coronatus est sub Diocletiano principe, cum Gabinio fratre & presbytero Agapiti Pontificis, qui sedet Romæ menes undecim. Hic ingressus Constantiopolim ad Iustinianum Imperatorem Antemnum Episcopum Constantinopolitanum, qui duas naturas in Christo negabat, depositus, & in ejus loco Ménam Catholicei consecravit. Apud Perfidem sanctorum martyrum plurimum, qui jubente Sapore rege anno die, quo passionis Dominiæ memoria celebratur, per totam Perfidiæ regionem tenti, ac pro Christi nomine gladio jugulati sunt. In quo fidei certamine passus est Milesius episcopus, sanctitate & miraculorum gloria insignis. Accepimus episcopum cum presbytero suo Jacobo: & Mareas & Bicor episcopi cum clericis ferè ducentis & quinquaginta monachis: etiam cùi sacratis virginibus plurimis, inter quas etiam & sororem sancti episcopi Simeonis, nomine Tarbudi cum pedissequa sua stipitibus alligantes, terraq; findentes, crudelissime necaverunt. In Corduba civitate natale Parmenij, Helimenæ, & Chrysoliti presbyterorum, & Lucae & Mutii diaconorum de Babylonie, quorum primus praefixa etiam lingua loquebatur. Omnes primò in equo suspensi, & nexibus attractati sunt, deinde laminis ardentiis circa latera appollitis ustulati, & unguis lacerati, ad ultimum gladio trucidati sunt, præsente persecutore Decio. Lugduni Gallæ sancti Epiodij martyris, sub Antonino Vero. Vienna sancti Juliani episcopi & confessoris.

## A IX. C A L E N. M A I.

**N**ATALE S. Georgij martyris, qui sub Datiano, rege Persarum potentissimo, qui dominabatur super se-

## B. VIII. C A L E N. M A I.

Lugduni Gallæ natale sancti Alexandri, qui tertio post beatum Epiodum die productus est in carcere, primò ita lanatus est crudelitate verberantium, ut cruce soluta contumaciter, patefactis visceribus secreta anima panderentur, deinde crucis affixus patibulo beatum spiritum examinatus emisit. Passi sunt cum eo & alijs numero triginta quatuor. Eodem die Mileri episcopi depositio in Britannia, qui tertius post Augustinum episcopum, Doroverensem ecclesiam suscepit, quam sexdecim annos quinque, sepulcus in ecclesia B. Petri. Hac die Ananias, Azarias, Misahel, liberati sunt de camino.

## C. VII. C A L. M A I.

**R**OMÆ letania major ad sanctum Petrum. Apud Alexandriam natale sancti Marci Evangelista. Hic discipulus & interpres Apostoli Petri Roma rogatus à fratribus scriptis Evangelium. Quod cum Petrus audisset, probavit, & ecclesiis legendum sua autoritate edidit. quo afflumto idem Marcus perrexit in Ægyptum, & primus Alexandria Christum annuncians, constituit ecclesiam. At postquam constitutis & confirmatis ecclesiis per Libyam, Marmaricam, Ammonicam, Pentapolim, Alexandriam, atque Ægyptum universam, ad ultimum tentus à paganis, qui remanserant Alexandriæ, qui videntes eum die sancto Pascha Misas facientem, miserunt funem in collo ejus, & trahebant eum ad loca buctili, quæ erant juxta mare, sub rupibus erat ecclesia constructa, & defluabant carnes ejus in terram, & saxa inficiebant sanguine. Vespere autem facta miserunt eum in carcere, ubi circa medium noctem primò angelica visitatione confortatus est, deinde ipso Domino libi apparente, ad ecclesia regnata vocatus est. At manè dum traheretur ad loca buctili, gratias agens & dicens: Domine, in manus tuas commendabo spiritum meum: defunctus est, & à viris religiosis sepultus in loco lapidis excisus cum gloria. Ordinaverat autem pro se Alexandria episcopum Anianum.

## D. VI. C A L. M A I.

**R**OMÆ natale S. Anacleti Papæ, qui quartus post beatum Petrum cùm reliquo Ecclesiam annis nové, persecutione Domitiani martyrio coronatus est. Hic memoriam beati Petri construxit & composuit loca, ubi episcopi recondenter. Hic presbyter à beato Petro est ordinatus, hic ad sacrificandum datus sacrificavit, deinde penitentia datus, pro confessione veræ fidei capite truncatus. Hic constituit, ut quotiens cuncte Evangelia sancta recitarentur, sacerdotes non sedent, sed curvantur. Et natale sancti Marcellini Papæ, qui cùm Ecclesiæ novem annis, & mensibus quatuor rexisset, temporibus Diocletiani & maximiani, ab eodem Diocletiano pro fide Christi, cum Claudio & Cirino & Antonino capite truncatus est, &

post dies tringinta quinque sepultus via Salaria, in cubiculo à Marcello presbytero, & diaconibus cum hymnis. Quo tempore fuit magna persecutio, ut intra unum mensum 18. milia hominum promiscui sexus, per diversas provincias martyrio coronarentur. Vienna & S. Clarentij episcopi & Confessoris.

## E. V. C A L. M A I I.

**R**oma S. Anastasi Papæ, qui post beatum Petrum quadragesimus primus seddit annos tres, dies decem. Hic Manichæus in urbe Romana inventus damnavit, & constitutum fecit, ut nullus Transmarinus in clericatum susciperetur, nisi quinque Episcoporum designaret chirographum. In Nicomedia natale S. Anthimi episcopi & martyris, qui perfecutione Diocletiani, & confessionem Chirilli martyrij gloriam capitatis, obruncatione promeruit: quem tanquam bonum pastorem universæ penè gregis sui multitudines secuta sunt, quorum alios præfatus tyrannus gladio obruncari, alios ignibus conflagrari, alios naviculis impositos immergi pelago fecit. Scriptum est in historia Ecclesiastica.

## F. IV. C A L. M A I I.

**A** pud Ravennam natale S. Vitalis martyris, qui fuit pater sanctorum Gervasij & Protasij. Hic ergo fuit militans & consularis, & cum Paulino iudice suo Ravennam ingressus est: & cum videret in conspectu iudicis sui Christianum nomine Ursicinum, arte medicum, natione Ligurum, post niqüa tormenta capitelem accepisse sententiam, & cum jam videret eum venisse ad palمام & expavisi, exclamavit: Noli, nisi Ursicinus medice, quia illos curare consuesti, te ipsum aeterna mortis jaculo vulnere: & qui per passiones nimias venisti ad palمام, coronam à Domino tibi preparatam perdere. Audiens hanc Ursicinus genu posuit, & spiculatorem ut feriret, horribatur agens preuentum quod expavisset. Utq; martyrium consummavit idem Ursicinus, Vitalis intra Ravennatum urbem eum sepelitus, ad judicem ultra venire ipse contempsens. Tentus est itaque à Paulino consulari, ob id maximè factum, quod Ursicinum suis exhortationibus robosasset, & post equulei tormenta iussus est perduci ad palمام (locus autem ubi decollabantur Christiani, hoc habebat vocabulum, eo quod arbores palmæ illuc essent) & facta fovea, quo usque inveniretur aqua, ibi stipitus deponitus, & terra ac lapidibus est oppresus. Alexandriae S. Theodori virginis, de qua beatissimus Ambrosius scribit: quæ sacrificare contempsens, in lupanar tradita, miro Dei favore est erupta. Astante quippe jam ad osculum cellæ multitudine juvenum impudicorum, repente quidam ex fratribus, Didymus nomine, plenus fide dñi in inspiratus, sumptu militari habitu, primus lupanæ irrupit, & sanctæ virginis cur venisset, exponens, illi militares imponit exuvias, ipse virginali veste induitur. Sic virgo egredita, & à nullo agnita, ad civitatem fugiens evasit. Didymus præfatus exhibitus, & omne factum constanter exponens, Christianum se esse confessus, abscondito capite igni traditus est. Beata quoque virgo, qua pro tuenda integritate ex lupanati fugerat, amore corona ad stadium regressa, simul cum Didymo perculsa, simul coronata est. In Pannonijs S. Polionis martyris, & sanctorum Aphrodisi, Caralippi, Agapij, & Eusebij martyrum.

## G. III. C A L. M A I I.

**A** pud civitatem Sanctonias natale S. Eutropis martyris, qui à B. Clemente episcopo directus in Gallias ab eodem etiam pontificis ordinis gratia consecratus, impleto hujus officij ordine, peracta in incredulis prædicatione, insurgentibus paganis, illatio capite viator occubuit. Denique post multa annorum spatia, cum Palladius ejusdem urbis Episcopus, & cum eo alij viri Dei corpus ejus honoris debiti gratia in basilicam novam transferrent, re-

serato sarcophago contemplati sunt cicatricem capitis, qua in parte defixum fuerat securis acumen. Cumque sequenti nocte stravident sacerdotes membra quieti, apparuerunt eis per visum dicens: Cicatricem quam contemplati estis in capite, scitote me per eam martyrium consummasse. Item sanctorum Marian & Jacobi, quorum prior lector, sequens diaconus fuit. Roma S. Cleti Papæ, qui tertius post Petrum Romanæ urbis episcopatum annis 12. habuit, & ibidem martyrio coronatus est, sub Domitiano Imperatore, & S. Maximi martyris.

## A. P R I D. C A L. M A I I.

**R**oma sancti Quirini tribuni & martyris, sub Traiano Imperatore: qui cum ex precepto ejus beatum Alexandrum Papam, & Hermen prefectum in vincula condicisset, haberetque filiam cuius collum struma circumdecerat, auditis exhortationibus beati Hermæ de fide Christi, & visis signis, que Dominus in martyribus suis Alexander & Hermæ operabatur, ipsam eandem filiam suam obtulit eis ad sanandum. Cui dixit beatus Alexander, Tolle Boiam de collo meo, & impone ei. Quod cum pater obediens exequeretur, divino nutu sanata est subito. Vocabatur autem ipsa Balbina, atque ita pater ejus cum universis, qui in custodia tenebantur, omnique domo sua baptizatus est. Quod ut municiavit, Commentarius Aurelianæ judicii ratu, iussit ad se adduci Quirinum, & dixit ei: Ego te quasi filium dilexi, tu autem irrifiisti me, deceptus ab Alexandro. Dixit ei Quirinus, Ego Christianus sum factus vis occidere, vis futiliare, vis incendere, aliud non ero. Nam omnes qui erant in carcere, feci fieri Christianos, & dimisi eos, & noluerunt usquam ire. Iratus Aurelianus fecit ei lingua abscindendi, deinde hæqualeo suspendi. Qui dum Aurelianii non cederet injurijs, iussit ei manus ac pedes abscindendi, & sic eum decollari, & canibus prosciugi. Sed Christiani corpus ejus raptum in via Appia, sepelierunt in cœmiterio Prætextati. In Alexandria natale Ephrodius presbyteri, & aliorum triginta: & vigilia Apolorum Philippi & Jacobi.

M A I S H A B E T D I E S X X I .  
Lunam XXX.

## B. C A L E N. M A I I.

**E**REMIÆ Prophetæ. Et natale sancti Iustini Apostolorum Philippi & Jacobi, filij Matiae, qui fuit foror matris Domini. Ex quibus Philippus cum penè Scythiam ad fidem Christi convertiisset, diaconibus, presbyteris & episcopis ibi constitutis, reversus est ad Asia, & apud Hieropolim dormivit in pace. Jacobus vero, qui & frater Domini legitur, post passionem Domini statim ab apostolis Hieropolymorum Episcopus ordinatus est. Hic a utero matris sanctus fuit, vienum & siceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquam atritum est, nec unctus unguento, nec usus balneo, huic soli licitum erat ingredi. Sancta sanctorum: siquidem vestibus laneis non utebatur, sed lineis, solusq; ingreditur templum, & fixis genibus pro populo depictabatur in tantum, ut camelorum duritiam ejus genu traxisse videbentur. Hunc Scriba & Pharisei præcipiaverunt de pinna tæpi, fullonis in cerebro percussi fuisse occupubit. Triginta annos Hieropolymæ texit Ecclesiam, iuxta templum sepultus. In Gallijs S. Andeoli subdiaconi, sub Severo Cæfare, cuius caput in modum crucis scissum cum ligno est. Agapit passio S. Sigismondi regis, filii Gundebaldi regis Burgundionum, qui cum se cerneret non posse Francis resistere, solus fugiens, contra deposita habitum religionis suscepit, & jejunijs, vigilis, die nocteq; vacans, captus est a Francis cum uxore ac filiis, in puto unque demersus occubuit: postea vero cuidam Abbatii revelatus est, & ab eo reverenter sepultus, etiam miraculis claruit. Et natale S.

Walpurgæ virginis. Et in Hierosolymis passio S. Iudeæ Quiriaci episcopi, cui revelatum est lignum Domini crucis.

## C. VI. N O N . M A I I .

**N**atale sancti patris nostri Athanasi, Alexandrinæ urbæ Episcopi & confessoris, qui multas Arieanorum perpessus est infidias, quadragesimo & sexto anno facer. docti sui, post multos agones, multasque patientias coronas quievit in pace. Et natale sanctorum Saturnini & Neopolis, qui in carcere quieverunt.

## D. V. N O N . M A I I .

**H**ierosolymis inventio sanctæ Crucis, ab Helena regina, sub Constantino principe, cuius & ipsa extitit mater. Roma via Numeniana, miliario septimo sancti Alexandri cum Eventio & Theodoolo presbyteris, sub Traiano principe, iudice Aurelano, qui Romana Ecclesiæ episcopatum quintus post Petrum annos tenuit decem, menses duos, dies decem, sanctitate incomparabilis, fide præclatissimus: maximam partem senatorum urbis convertit ad Dominum, qui post vincula carceris equuleum, vngulas & ignes, puncis creberissimis per tota membra pereemptus est. Sequentes vero post longam carceris continentiam ignibus examinati, ad ultimum sunt decollati. Et natale S. Juvenalis episcopi, & depositio sancti Philippi confessoris.

## E. IV. N O N . M A I I .

**I**n Palæstina civitate Gaza natale S. Sylvani ejusdem urbæ Episcopi, qui persecutione Diocletiani cum plurimi clericorum suorum martyrio coronatus. Vienna S. Iusti episcopi. In Metallofanensi sanctorum martyrum quadriginta, quæ simul capite cæsi sunt. Nicomedia natale sanctæ Antoniae, quæ nimium torta, & variis afflicta cruciatis, uno brachio tribus diebus suspensa, & in carcere biennio trusa, à Priscilliano praefide ad ultimum flammis exulta est. Eodem die in Norico Ripensi loco Lauriaco natale S. Floriani, qui praefidis Aquilini iussu, ligato ad collum faxo, influmen Anisi precipitatus est, & mox omnibus qui circumstabant videlicibus oculi precipitatoris ejus creperunt. Ipso die beati Quiriaci episcopi & martyris gloriose, sub Italiano Imperatore, Et S. Bonifacii episcopi & confessoris.

## F. III. N O N . M A I I .

**A**put Alexandriam S. Euthymij diaconi, in carcere quietescens. Thesalonica natale sanctorum Irenei & Peregrini, & Hyrenes ignibus combustorum. In Galiliis civitate Arelateni S. Hilarii episcopi, præclarissimi viri, qui paupertatis amator, & erga inopum provisorem non solum mentis pietate, sed & corporis sui labore sollicitus erat. Nam pro reficiendis pauperibus etiam rusticationem contra vires suas, homo genere clarus exercuit: sed nec in spiritualibus neglexit. Nam & in docendo gratianum habuit, & absque personarum acceptione omnibus castigationem ingessit, vitamque sancti Honorati præcessoris sui compofuit, moritur sub Valentiniiano & Marciiano Imperatoribus.

## C. P R I D . N O N . M A I I .

**N**atale sancti Joannis Apostoli ante portam Latinam Romæ, qui ab Epheso iussu Domitiani fratris Titi, secunda persecutione, quam ipse post Veronem exercuit, ad urbem Romam perductus, præsente senatu ante portam Latinam in ferventis olei dolium missus est: sed beatus Apostolus tam liber à pena inde exiit, quam à corruptionibus carnis fuerat immunis. Tunc in Pathmum insulæ relegatus est exilio, ubi Apocalypsim vidit. Ad cum-

mendandam ergo ipsius memoriam dignam, & pro fidei Apostolicæ conlantia, Christiani ecclesiasticam venerationem ejus gestantem, in supradicto loco ante portam Latinam præclaro & miro opere confuxerunt, ubi festivum concursum pridie nonas Maij usq; hodie faciunt. Eodem die B. Evodij Antiochiae Episcopi & martyris, qui primus ab Apostolis ibi est ordinatus. Itē B. Lucij, qui Cireneni primus Episcopus rexit Ecclesiam ab Apostolis institutus.

## A. N O N . M A I I .

**D**edicatio Ecclesiæ sanctæ Mariae virginis. Et natale sancti Iuvenalis martyris, & beatae Domitillæ. Quæ cum esset Flavij Clementis consulis ex foro neptis, & à sancto Clemente sacro velamine ob integratissimam perseverantiam consecrata, persecutione Domitiani ob tellinum quod Christo prohibebat, cum aliis plurimis in insulam Pontiam exilio deportata, longum inibi martyrium duxit. deinceps ad Taracinam urbem translata, primò Eufrosinum & Theodoram, deinde alias ad fidem Christi convertit, novissime cursum martyrii sui cum praefatis virginibus consummavit, sub persecutione Traiani, ubi morabantur clausæ in carcere, in facies enim suas profecte, orantes Dominum recesserunt: quarum corpora sanctus Cæsarius diaconus in sarcophago novo simul condens, in profundo terra sepelivit. In Nicomedia passio sanctorum martyrum Flavi, Augilli, Augustini fratrum, Romæ Benedicti Pontificis, qui sedis in episcopatu unum mensim, imperante Constantino, apud beatum Petrum sepultus.

## B. VIII. I D U S M A I I .

**M**ediolanæ S. Victoris martyris, qui natione Maurus, & à primævæ ætate Christianus, cum esset in imperialibus castris miles, etiam canite decoratus, compellente Maximiano, ut sacrificaret idolis, in confessione Domini fortissime perseverans: primò graviter eff. cæsus, deinceps liquenti plumbō perfusus, sed nihil penitus lœsus, novissime gloriose martyrii cursum capitatis absconditione promeruit. Quod S. Martinus audiens factum, collegit corpus ejus, & in prædicta civitate cum honore sepelivit. Vienna S. Dionysij, texti urbis Episcopi.

## C. VII. I D U S M A I I .

**N**atale S. Hermæ, cuius Apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit, Salutare Phlegontem, Hermetem, Patrobam, & qui sunt cum eis fratres. In Perseis sanctorum martyrum quadringentorum. Apud Nazanci oppidum beati Gregorii episcopi, qui Theologus dicitur nobilis, Athenis eruditus, collega beati Basilij, Cæsarea Capadocie pœtra Episcopi: quique cum se totus Dei servitio mancipasset, tantum de collega præsumpsit, ut sedentem Basilium de Doctoris dextera deponeret, ac fecum ad monasterium manu iniecta perduceret, ibique per annos tredecim omnium Gracorum læcularium libris remotis, foliis divina scriptura voluminibus operam dabant. Constantinopolite natale sancti Timothei, quando ab Epheso ejus sacra ossa delata sunt. In Ariopoli natale Quirili, Hinddi & Genonis. In Tarsô Cilicia Aphrodosij. Roma S. Beati confessoris.

## D. VI. I D U S M A I I .

**N**atale Iohel Prophetæ. Roma via Larina in cemitorio ejusdem natale sanctorum Gordiani & Epimachi, Julianus Imperator apostola inter multos Christianos, quos publicis custodiis mancipavit, beatum Januarium, senem presbyterum comprehensum cuidam vicario Gordiano ad audiendum tradidit: qui beatum Januarium patienter audiens, spiritu Dei illuminatus credere coepit: quem protinus beatus presbyter cum uxore Marina nomine, & familia promulgi sexus, numero quinquaginta

tres,

tres, & eo amplius baptizavit. Quod audiens Julianus, iusfit in scriptioribus damnari sanctum Ianuarium presbyterum, & beatum Gordianum, uxorem ejus ad aquas lacinas manere praecepit, in servitio rusticorum. Clemensianum autem tribunalis residens, beatum Gordianum vinclum catenis sibi praesentari fecit. Ille in confessione Christifixus, diu plumbatis ceditur, in ultimo capite truncaatur. Cujus corpus iustus iniquus iudex ante templum Antoninii iactari, ut a canibus roderetur. Quod nocturno tempore Christiani rapientes, miliario uno plus minus ab urbe Roma posuerunt in crypta, ubi iampridem corpus beati martyris Epimachi sepulcum fuerat. Hic Epimachus Alexandriam abiebat cum collega suo Alexandro, multo tempore in vinculis, & in cruciatus carceris tortus, ignibus postmodum consumitur, reliqua ipsius deinde Romanum sunt translatae. Romæ natale Cleopodij senis presbyteri, sub Alexandro Imperatore, qui eum fecit occidi a Laodiceo, & corpus trahi per civitatem, atque in Tyberim jactari, die Calendarum Majarum. Quod inventum piscatores levaverunt, & Calisto episcopo narraverunt. Ille acceptum condidit cum aromatis & linimentis, & sepelivit in cemiterio ejusdem miliario ab urba tertio in crypta, sexto iduū Majarum. Tunc decollatus est ab Alexandro Palmatius consul, cum uxore & filiis, & aliis promiscui sexus domo sua quadragintaduobus, cum quibus & Simplicius senator cum uxore, & filiis & familia sua, promiscui fexus hexaginta octo, & similiter cum uxore sua Blanda, qui per doctrinam Calisto Papæ, & Calepodii presbyteri nuper fuerant baptizati. Item Romæ natale sanctorum Quarti & Quinti.

## D. V. IDUS MAI.

R Omæ via Salaria, miliario vice secundo, natale S. Athunii, & passio sancti Ewellij: qui videns passionem sancti Torpetis martyris, & mirabilia, quæ fecit, credidit Christo, qui anteā consiliarius Neronis Imperatoris fuit, qualiter Christiani martyrizarentur. Viennæ S. Materni episcopi, qui ob imminentem cladem solennes annotationes Domini letanias instituit.

## F. IV. IDUS MAI.

R Omæ in cemiterio Prætextati natale sanctorum martyrum Nerei & Achillei fratribus. Qui cum essent eunuchi beata Flavia, cum ea apud insulam Pontiam longum pro Christo duxerunt exilium; postnodum vero ab Aureliano sponse Domitilla, quem ipsa ob amorem Christi sperverat, primò verberibus gravissimis arctati, deinde Memmio Rufo consulari sunt traditi, à quo cum equuleo & flammis compellerentur ad immolandum, & dicentes se à B. Petro Apostolo baptizatos, nulla ratione post idolis immolare, capite cali sunt. Quorum corpora rapiuit Ausapicius, discipulus eorum, nutritor sancte virginis Domitilla, &c in crypta arenaria sepelivit. Iterum via Aurelia, miliario secundo natale S. Pancratij martyris: qui cum esset annorum quatuordecim, sub Diocletiano martyrium capitis ob truncatione complevit, cuius reverendum corpus Octavilla illistris feminam occulere nocte sublatum aromaticis conditum sepelivit. Eodem die B. Dionysius patruj eualem B. Pancratij, cuius studio idem Pancratius & baptizatus, & in timore Dei confortatus, ad martyrium animatus est. Apud Cyprus sancti patris nostræ Epiphanius Salminæ episcopi.

## G. III. IDUS MAI.

N Atale sanctæ Marie ad martyres, Phoca Imperator re beatus Bonifacius Papa in veteri fano, quod Pantheon vocabatur, ablatis idolatria foribus, Ecclesiam beatæ semper virginis Marie, & omnium martyrum dedicavit, cuius dedicationis sacratissima dies agitur Romæ tertio idus Maii. Ipso die sancti Servatii episcopi Tungensis Ecclesia, qui tempore quo Hunni Germani vastabant,

ne civitatis atque Ecclesia sua videret excidium, Domini revelatione commonitus, transfit ad vicum. Trajectensii, ibique defunctus, atque in medio publici aggeris est sepultus. Ob cujus meritum hominibus demonstrandum, cum tempore hyemis omnia in circuitu nix replete, nonquam sepulchrum ejus operuit nix nec pluvia, donec a successore suo S. Munilis episcopo templum magnum in ejus honore construunt est. Et natale S. Gangolfi martyris, & S. Onesii confessoris.

## A. PRID. IDUS MAI.

S Ancti patris nostri Pacomij: qui cum esset factis Apostolicæ gratiæ insignis, fundatorque Ægypti cenobiorum, scripsit monachorum regulas, quas Angelo distante didicerat, simul & de tempore Paschali. In Syria natale Victoris & Coronæ, sub Antonino Imperatore, duce Alexandriae Sebastiano. Erat autem Victor miles à Cilicia, cui Sebastians in confessione fidei confungi digitos, & elevati jussit, deinde illum in caminum ignis mitti, ubi triduo permanens, non est laxus, deinde venenum bibere iussus, non est mortuus, sed beneficium pocios ad fidem convertit. Deinde iussum est nervos corporis ejus tolli, deinde oleum bulliens mitti in pudendis ejus, post hoc iussit lampades ardentes suspenso ad latera applicari: post hoc acerum & calcem simul miseri, & dari ei: deinde oculos erui, deinde triduo viñum capite suspendi: & dum adhuc suspensus: iussit eum excoriari. Tunc Corona, cum esset uxor militis cuiusdam, cepit beatificare sanctum Victorem pro gloria martyris. Et dum hoc faceret, vidit duas coronas de celo lapsas, unam Victori, & alteram sibi missam. Cumq; & hoc cunctis audientibus protestaretur, renta est à Duce, iussum est duas arbores palmae curvari ad invicem, & canabinis funibus ligari Coroham in utraque manibus & pedibus, & sic arbores dimitti. Quod dum fieret, divisæ est Corona in duas partes: et autem affinorum sedecim. Tunc quoque Victor decollatur, & ipse victor perennis triumphum ineruit.

## B. IDUS MAI.

N Atale sanctorum confessorum Torquati & Isfontis, Secundi, Indalii, Cæcilij, Eustij, Eufraij, qui Romæ à sanctis Apostolis Episcopi ordinati, ad prædicandum verbum Dei ad Hispanias, tunc adhuc gentili errore implicatas, directi sunt. Cumque ad civitatem Accitanam venissent, & propter labore itineris modicum quietescentes, & causa virtutis emendi discipulos in urbem misserint, mox paganorum multitudine, qui tunc forte diis suis tella celebrabant, eos tisque ad flumum persecuta est: in quo pons mira magnitudinis & firmatis extructus, transeuntibus sanctis. Dei nutra cum omni in sequentium multitudine subditus corruit. Ad quod miraculum catari territi, & cuiusdam magna fanaticis luparia, quæ divinitus inspirata eos benigne suscipiens credidit, exemplum sectari, reliktis idolis Christo Domino crediderunt. Post hæc diversis urbibus evangelizantes, & innumeris multitudines Christi fidei subjugantes, torquatus Accij, & Isfontis Vergij, Secundus Abula, Indalcius Urci, Cæcilius Feliberti, Elicius Carcesæ, Eufraij Eliturgi, qui reveruntur. Apud insulam Chium, natale sancti Isidoris martyris. Apud Damascum passio sanctorum Petri & Andrea, Pauli & Dionysiae.

## C. XVII. CAT. MAI.

A Pud Isauriam natale sanctorum Aquilini & Vistoriani, quorum gesta habentur. Antisiodoro passio S. Peregrini episcopi primi civitatis ipsius: & S. Maximæ virginis, quæ multis clara virtutibus in pace quievit. In Sirmiio natale Timothei, & septem virginum. In Sardinia natale Simplicii presbyteri, & S. Rosulæ, & sanctorum Diocletiani & Florentij. Intra Casina depositio Fidoli presbyteri & confessoris.

## D. XVI. C A L . J U N I I .

**I**N Tuscia sancti Torpetis martyris, sub Nerone principe. Hic magnus in officio Neronis fuit, & beato Antonio presbyterio baptizatus, & in fide Christi est eruditus. Hunc Nero cum cognovisset esse Christianum, tradidit eum cuidam propinquuo suo Satellico, ut impelleret eum sacrificare. Sed cum spiritu Dei confortatus beatus vir immobilis permaneret, fecit eum Satellicus alapis cadi, & ligatum ad columnam tamdiu verberibus affici, quo usque sanguis guttatum de corpore ipsius deflueret. Sed subito dum caderetur, columna cadens opprescit judice, & quinquaginta cum eo. Inde tentus a ministris, positus est in rotu, inde feris obiecitur a filio satellici, nomine Sylvio: sed minimè ab his est laesus. Post hac iubente Sylvio foras civitatem Pissinam ductus, decollatione capitis martyrum sumi complevit, tertio Calendas Maii. Hujus corpus ministri sceleris imposuerunt penè fracta & caro sa navi, cum quo simul canem & gallum projecterunt in decursum fluminis. Apparens autem Angelus Domini cuidam venerabili feminæ, cuius nomen Celerina, monuit, ut perquereret sancti martyris corpus, & sepeliret. Quod inventum cum omni reverentia sepelivit, & de facultatibus suis cessante persecutione Ecclesiam suprà construxit. Agitur felicitas martyris, & conventus civium sextadecima Calendas Junii. In Alexandria natale Adtonis, Victoris, & Basille.

## E. XV. C A L . J U N I I .

**A**蒲 Ægyptum S. Dioscori lectoris, in quem præses multa & varia tormenta exercuit, ita ut ungues eius effoderet, & lampadibus ejus latera inflammaret; sed celestis luminis fulgere territi, ceciderunt ministri. Novissimè laminis ardenteribus adustus, martyrium consummavit. Et natale sanctorum Hortalij & Serapionis, & Marti Papæ & Potamionis.

## F. XIV. C A L . J U N I I .

**R**Omæ natale sanctæ Pudentianæ vel Potentiane virginis, quæ illusterrimi generis. Pudentis, discipuli beati Pauli Apostoli, filia erat: cuius mater Sabinella, soror vero Praxedis, quæ pater eorum in omni religione Christi eruditæ, virginesque Christo dereliquerit. Quæ post obitum sancti patris in omni exercitatione pietatis ita exeruerunt, ut nocte dieque incellanter hymnis & orationibus cum familia sua Domino inservirent, beato Pio urbis Episcopo cum eis in laudibus Dei participante. Remuneracionem igitur pro piumissimis laboribus suis percepturæ, post innumeros agones, post multorum martyrum venerabiliter exhibitas sepulturas, post omnes facultates suas in viceribus pauperum inclusas, Christoq; fideliter commendatas, tandem de terris ad Christum migraverunt. Potentiana venerabilis, quartadecima Calendas Junii, porta in cœmiterio Priscilla, via Salaria: Praxedis vero virgo, quæ sanctissima, duodecima Calendas Augusti & ipsa cum sorore juxta patrem sanctum sepulta. Ipso die beati Pudentis, patris eorum virginum, item Romæ natale sanctorum Calocerij & Partemij, uxoris Decii Imperatoris eunuchorum: qui cum essent unus propositus cubilis, alter primicerius, noientes idolis sacrificare, a Decio occisi sunt. Corpora eorum juxta viam Appiam sunt posita. Deposito Domini, Alchuvini.

## G. XIII. C A L . J U N I I .

**R**Omæ via Salaria natale sancte Basillæ virginis & martyris Christi: quæ cum esset ex genere regio, & haberet sponsum illusterrimum nomine Pompeium, per beatam Eugeniam, & sanctos Dei Prothum & Jacinatum, conversa ad fidem, accusata est a praefato sponso suo, quod est Christiana. Decreuit continuo Gallienus Augulus,

qui tunc Christi persequebatur Ecclesiam, ut aut sponsum recuperet, aut gladio interiret. Conventa de hoc, respondit: se Regem regum sponsum habere, qui est Christus Filius Dei. Et cum haec dixisset, gladio transverbata est in Gallis civitate Nemauo, natale Baudelii, quia pagani deorum suorum sacrificia celebrantibus comprehensus, cum sacrificare nollet, & in fide Christi immobilis inter verbera & tormenta persistet, martyrij palmam preciosa morte percepit.

## A. XII. C A L . J U N I I .

**I**n Mauritania Caſariensi, natale sanctorum Timothei, Polij, & Eutichij diaconi, qui apud praefatam regionem verbum Domini dileminantes, pariter coronari merebunt. Item apud Caſaream Cappadociæ natale sanctorum Poliveti, Victorii, Donati. In Africa Caſti & Aemyli, qui per ignem passionis martyrium consummaverunt. Scribit Cyprianus in libro de lapsi. Apud Corsicam natale S. Julii, quæ crucis supplicio coronata est: & S. Valentis martyris & pontificis, cum tribus pueris.

## B. XI. C A L . J U N I I .

**R**Omæ natale sanctorum Faustini, Timothei, Venosti. Autiodorii depositio S. Helena virginis: & in Ravenna natale S. Martyrii. In civitate Autiodorensi B. Vuallis presbyteri & confessoris.

## C. X. C A L . J U N I I .

**A**蒲 Lingones passio S. Desiderii episcopi: qui cum plebem suam ab exercitu Wandalorum vastari cerneret, ad Regem eorum pro ea supplicatus exivit: a quo statim jugulari iussus, pro ovibus suis creditis cervicem libenter retendit, & percutitus gladio migravit ad Christum. Percutitor vero eus mox amentia correptus interierit. Sepultus est ibidem B. martyris in basilica, intra urbis muros. Passi sunt cum eo & plures alii de numero gregis sui, ac uadem urbem conditi. Item Viennæ natale S. Desiderii episcopi, qui passus est in territorio Lugdunensi.

## D. IX. C A L . J U N I I .

**N**atale sancti Manahen, Herodis tetrarchæ collectanei, doctoris & propheta sub gratia novi Testamenti, apud Antiochiam in Christo quietientis. Item beatissima Ioanna, ut uxor Euza, procuratrix Herodis, quam commemorant Evangelista. In portu Romano natale sancti Vincentij martyris. In Galliis civitate Nanneti natale sanctorum martyrum, Donatiani & Rogatiani fratrum. In Histria natale sanctorum Zoelli, Servillii, Sylvani & Dioclia.

## E. VIII. C A L . J U N I I .

**R**Omæ via Numeniana, in cœmiterio Prætextati, natale S. Urbani episcopi & martyris. Hic sedis in eviscopatu annos tres, mensis decem, dies decem, cuius doctrina sub persecutione Alexandri multi martyrio coronati sunt. Mediolani sancti Digny episcopi & confessoris, qui ab Imperatore Constantio apud Cappadociam pio fide catholica damnatus, exilio ibidem requievit. Reliquias corporis ejus per sanctum Basilium præfata urbis Episcopum receptas, beatus Ambroſius condigno honore condidit. Apud Moesiam civitatem Doroſoro, natale sanctorum martyrum Passicratis, Valentonis, & aliorum simul coronatorum. Item Romæ natale Eleutherij Papæ, qui sedis in episcopatu annos quindecim. Hic accepit epistolam à Lucio Britannico Rege, ut per eum mandatum Christianus fieret, sepultus est juxta corpus beati Petri Apostoli.

## F. VII.

## F. VII. C A L. JUNII.

**N**atale beati Jacobi Apostoli, fratris Joannis Evangelista, qui decollatus est ab Herode rege Ierosolymis, ut liber Atticum Apostolorum docet. Hujus beatissimi sacra ossa ab Hispanis translata sunt, & in ultimum eorum finibus, videlicet contra mare Britannicum condita, apud Athenas beati Quadrati episcopi, di cipuli Apostolorum. His firmavit, ut nulla esca à Christianis repudiaretur, quæ rationalis & humana est. Item Quadrati martyris, in cuius solemnitate sancti Augustini sermones habiti inveniuntur. Roma beatorum martyrum Simeonitum presbyteri, & aliorum viginti duorum, quos Antoninus Imperator gladio pro Christo punire fecit, quorum corpora beatae Praedicationis sepelivit noctu. Tudem Tufciæ natale sanctorum Felicissimi, Heraclii, Paulini. In territorio Autioidorensi, passio S. Prisci martyris, cum ingenti multitudine. In Britannis S. Augustini episcopi & confessoris, qui missus a B. Papa Gregorio, primus genti Anglorum Christi Evangelium praedicavit, atque illic virtutibus & miraculis gloriosus quevit. Vienna passio S. Zachariae, secundum ejusdem urbis Episcopi.

## G. VI. CALEN. JUNII.

**A** pud Meliam civitatem Doroforenem natale S. Iulii, qui tempore persecutionis cum effec veteranus remissa militia comprehensus ab officialibus, & Maximo præfidi oblatus, nolens faciliare idolis, capitali sententiæ punitus est. Cumq; duceretur ad locum cædis implendæ, Efuscus quidam miles cum & ipse ob fidem Christi comprehensus detineretur, rogabat eum dicens: Memor esto mei, nam & ego subsequar te, primum etiam saluta Paschatem & Valentionem, qui nos jam per bonam confessionem preceperunt ad Dominum. Julius vero osculans Efuscum dixit: Frater festina venire, mandata enim tua jam audierunt, quos salutati. Sic accepto orario ligans sibi oculos, martyrij palmarum gladio cedente percipit. In Gallijs civitate Aratifica, sancti Eutropi Episcopi & confessoris.

## A. V. C A L. JUNII.

**N**atale S. Joannis Papæ, quo tempore Theodosius rex duos senatores præclaros, & consules Symmachum & Boetium occidit: qui nonagimo octavo die postquam Papa Joannes interiit, subito defunctus est. Quem quia orthodoxus erat, & a Julifino Imperatore orthodoxo Constantinopolim veniens, gloriòsè suscepimus fuerat, Theodosius rex Arianus reverenter Ravennam in custodia tenuit, ad mortem usque cum aliis æquè Catholicis viris perduxit. Hujus meminit S. Gregorius in libro Dialogorum. Cujus corpus translatum, sepultum est in basilica sancti Petri Apolloni, quinta Calend. Januarii, Olibrio consule. Apud Parisium sancti Germani Episcopi & confessoris, qui post innumeratas virtutes octogenarius migravit ad Dominum. In Sardinia sanctorum Amilij, Felicis, Priami, Luciani.

## B. IV. C A L. JUNII.

**R**oma via Aurelia sancti Restituti. Via Tyburtina se ptem Germanorum. Treveris beati Maximini Episcopi & confessoris, à quo Athanasius persecutionem Constantij fugiens, honorificè suscepimus est. Item passio sancti Cononis martyris, & filij eius sub Aurelianum Imperatorem, in Iconio civitate, provinçia Isauria, iudice Domitiano. Hic cum esset fide præclarus, exhibitus judici cum filio suo annorum duodecim, spiritum sanctum habitare in se veraci confessione manifestaverunt. Inde frixerunt passi sunt, & inde suspensi valido igne sub eis adhibito, malleo ad extremum ligneo manibus eorum contritis, in laude omnipotentis Dei spiritum emiserunt. Eodem die natale sanctorum Sisimij, Martyrij acque Alexandri, qui in

Augauniæ partibus persequentibus gentilibus viris, martyrij coronam adepti sunt.

## C. III. C A L. JUNII.

**R**oma via Aurelia natale sancti Felicis Papæ. Hic constituit supra memorias martyrum missas celebrari. Qui cum annos quinque rexisset Ecclesiam, sub Claudio principe martyrio coronatus est. Turribus Sardinia natale sanctorum martyrum Gabinij & Crispuli. In Annochia sanctorum martyrum Sitini & Palatini, qui multa tormenta propter nomen Christi passi sunt.

## D. PRID. C A L. JUNII.

**R**oma sanctæ Petronella virginis, quæ fuit filia beatissimi Petri Apostoli: quæ post multa miracula sanitatum, cum eam Flaccus comes suo conjugio vellet sociae, triduo inducias postulans, & cum sancta virginis Felicula collectanea sua continuo jejunijs atque orationibus vacans, tertio die celebratis Dominicæ oblationis mylitrijs, à sancto Nicomedie presbytero, mox ut Christi sacramenta percepit, reclinans sè in lectulo emisit spiritum. Apud Aquileiam natale sanctorum martyrum Canticij, Cantianij & Cancianilla fratrum, Turribus Sardinia natale S. Crescentianii.

## IVN IVS HABET DIES XXX.

Lunam XXIX.

## E. CALEND. JUNII.

**R**oma dedicatio Nicomedi martyris & presbyteri, cuius martyrium celebratur se prima decima Calendarum Octobris. Apud Cafaream Palestina natale S. Pamphili presbyteri, viri admirandæ fidei & sanctitatis, qui sub persecutione Maximini martyrio coronatus est. Hujus vitam Euzebius Cafarenus Episcopus tribus libris comprehendit. Vienna S. Claudi, undecimi Episcopi. Post die S. Caprasi Abbatis monasterij Litinenis in Thessalonica natale Octavij. In Antiochia Zosimi, Treveris S. Simeonis reclusi.

## F. IV. NON. JUNII.

**R**oma natale sanctorum Marcellini presbyteri, & Petri exorcista, qui multos in carcere ad fidem eruidentes, post dira vincula, & plurima tormenta decollati sunt sub iudice Sereno, & qui eos decollavit, vidit animas eorum splendide ornatas ab Angelis ferri ad celos, & presentem agens sub Julio Papa baptizatus est in feneſute sua, nomine Theodosius. Lugduni sanctæ Blandinae cum undecim & octo martyribus, cuius à prima luce usque ad vesperam tormenta semper innovantes, ad ultimum viatos se tortores confitentur, quæ & secundò pulsa, cruciata non superatur. Tercio quoque die religata ad stipitem, atque in crucis modum distera, bestijs pubulum preparatur. Quam cum nulla ex bestijs auderet tangere, tursum revocatur ad carcere in quartu etiam verberibus acha, craticulis exusta, & multa alia perpersa, ad ultimum gladio jugulatur. Tunc & Ponticus puer, annorum quindecim, per omnia tormentorum genera cum ipsa circumactus, & mater ea ejus cohortatione roboratus, ante illam martyrium consumavit. In Campania beati Erasmi martyris & Episcopi, sub Diocletiano Imperatore & Maximiano, qui iussu impij Diocletiani Imperatoris, primo plumbaris crudeliter casus, deinde fistibus diuris sume mortatus, post resina, sulphure, plumbo, pice, cera, o leoque solutis perfusus, ingenti miraculo illæsus apparuit. Quod cum multi viderent, fidem Christi rejectis idolis suscepérunt. Inde immenso ponderi ferri constrictus, in carcere reclusus sub dira custodia est, de qua angelica visita

tione

tione solitus eripitur. Verum postmodum clarissima ipsius fama vulgata, tenuis est ab altero imperatore Maximiano, à quo diversi supplicij tortus est in tantu, ut tunica ignita ærea vestiretur, it etrumque in olla, quæ plumbo, pice, cera, resina, oleo servata erat, missus virtute Domini omnia superans illas exinde progrederit: sive tandem ad confundandum exercitum à Domino servatus, in Campania munitus angelico solatio pervenit: ubi cum plurimos sine in fide robosaret, five ad fidem Christi convertisset, vocante Domino martyrio clarus sancto sine quiete.

## G. III. N O N . J U N I I .

**A** pud Aretium civitatem Tuscia natale sanctorum martyrum Pergentini & Laurentii fratrum, qui persecutio Decii, sub iudice Turcio, cum essent pueri, post dura vincula tolerata, & magna miracula ostensa, gladio sunt casi, & apud eandem urbem conditi.

## A. P R I D . J U N I I .

**A** pud Illyricum civitatem Sisciam natale sancti Quirini Episcopi, qui persecutione Maximini profide Christi (ut Prudentius scribit) ligato ad manum molari saxon, in flumen precipitatus est: & circumstantibus diu collocutus, ne ejus terrentur exemplo, vix precibus ut mergeretur, obtinuit. Hujus reliquias translate sunt Romam, & posita in Catacumbas. In Tuscia S. Laurentii, & aliorum quadringeritorum. Aurelianis civitate depositio S. Lisdari presbyteri. In Nine natale Dinoisci, Attrali, Camarij, Tyrimi, Iulii & Saracae, Cypriani.

## B. N O N A E J U N I I .

**S**ancti Bonifacij Archiepiscopi, cuius in Fresonis martyrij passio peracta est, cum aliis servis Dei, Vincenzo & Waltero, Scirpalde, & Bosan, Hamondæ & Adelhera, Wancara & Gundacara, Willeheta & Athaliola. Apud Aegyptum natale sanctorum martyrum Martiani, Nicrandi & Apollonij, quorum gesta habentur. Eodem die passio S. Bonifacij martyris, sub Diocletiano & Maximiano, apud Tharsum civitatem passi, sed Romæ in via, quæ Latina nuncupatur, sepulti. Hunc vero sua domina Aglaea à Romana urbe, licet cum ea adulterium perpetraverit, transiit in loca ubi Christianorū maxima persecutio fuit, in aliquis sancti corpus pretio acquisitum sibi afferret. Ipse autem distis obediens dominæ suæ, perrexit illuc inter Christianos, siveq; comprehensus iusti principis primum oleo servente cum pice perfusus est: sed in nullo læsia, ad ultimum ab speculatori percussus est: posteà vero à comitibus suis, qui secum pergebant, post martyrii palmarum ad dominam suam redactus est: quæ ipsum accipiens sepelivit Romæ via Latina. Beata vero Aglaea abrenunciavit mundo, distribuens universa quæ possidebat egenis ac monasterijs, relaxans universam familiam suam a jugo servituri, & tantam gratiam à Domino promeruit, ut in nomine eius virtutum signis claresceret. Supervixit in habitu sanctimoniali annos tredecim, sepulta apud praefatum martyrem.

## C. VIII. I D U S J U N I I .

**N**atale sancti Philippi diaconi, qui fuit unus de septem diaconibus, qui cum B. Stephano statim post afectionem Domini ab Apostolis sunt ordinati: de quo beatus Lucas in Actibus Apostolorum refevit, quod signa & prodigia faciendo, prædicatione sua Samaram ad fidem Christi convertit, & Candacis regina Äthiopum baptizavit Eunuchum, quique apud Caesaream requievit: iuxta quem tres virgines, filiae ipsius tumulare jacent: nā quaranta filia illius plena Spiritu sancto in Epheso occubuit. Romæ sanctorum Archemii, cum uxore sua Candida, & filia Paulina. Hic Artemius cum esset custos carceris, & clau-

sum teneret Petrum exorcistam in custodia, essetque illi filia unica demonio vexata, beati Petri precibus mox sanata est, & ipse cum uxore pariter, & eadem filia Christi credens, à beato Marcellino presbytero baptizata est, omnisque domus ejus, & multialii, ita absque mulieribus virorum fieret trecentorum numerus. Hoc judex Serenus audiens factum. Artemium, Candidam, & filiam ipsorum Paulinam sibi presentatos, immenso pondere uerum iustis obrui. Sieque Dei sancti perduti ad passionis locum, beatus quidem Artemius gladio percussus est, sancta vero Candida atque Paulina per limina cryptæ precipitata, lapidibus sunt obruta.

## D. XII. I D U S J U N I I .

**C**onstantinopoli natale sancti Pauli ejusdem civitatis Episcopi, qui tempore Ariana perfidiam à Constantino Imperatore apud civitatem quam Cappadocia Cuculam nomine, ob Catholicā fidem pulsus exilio, Ariorum infideli crudeliter strangulatus, ad celestia regna migravit. In Cæsarea Cappadocia natale sancti Luciani martyris. In Africa sancti Amantij, Lucij. In Alexandria, Andreæ, Donati & Peregrini, & depositio beati Claudij Episcopi.

## E. VI. I D U S J U N I I .

**I**n Gallia Suezionum civitate depositio sancti Medarii episcopi & confessoris, cuius vita plena virtutibus conscripta est. Nam largus fuit in elemosynis, virtutibus clarus, prophetia spiritum habuit, tēr quinis annis Veromandensium urbis episcopatum tenuit, ad extremum ad celestia migrans, unde ad Suezionum urbem corpus ejus translatum est, ibique sepultum multis virtutum titulis claruit. Andegavis sancti Licinij episcopi & confessoris. Eodem die sancti Carileffi confessoris, & sancti Naboris confessoris. In Tharsfo Cilicia martyrum virginis sub Simplicio iudice.

## F. V. I D U S J U N I I .

**R**oma in monte Cælio natale sanctorum martyrum Primi & Feliciani, qui sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus pro Christi nomine multa tormenta passi sunt. Nam Promoto prædicti ipsi nequissimi Imperatores ad puniendum eos tradiderunt. Qui cum videret eos nullo modo posse à Christi confessione converti, separavit eos ab invicem, & primitus Felicianum octoginta annos habentem, iustis plumbatis tundi, postea vero misit eum in carcere, & que cibum, neque aquam ei sinebat præberere tribus diebus. deinde Primum similiter iustit fuisse cœdi, deinceps vero in amphitheatro sanctos martyres leonibus tradi præcepit: sed nullo modo ab eis lassus sunt. Quod videntes turbæ crediderunt in Christum plusquam mille quingentos. Novissime vero sancti martyres à prædicto comite decollati sunt: quorum corpora noctu à Christianis fidelibus raptæ, sepulta sunt ad arcus Numerianos intra arenarium. In Gallia civitate Agino, loco Pompeiaco, passio sancti Vincentij, levitz & martyris. In Scotia S. Columba confessoris.

## F. IV. I D U S J U N I I .

**R**oma via Aurelia, miliario tertio decimo, natale sancti Basiliidis martyris. Tripodis & Mandatis sub Aureliano Imperatore, Platone præside, & aliorum viginti martyrum. Eodem die beati Gethulij martyris, temporibus Adriani Imperatoris, sub iudice Licinio nam cum esset Christianissimus, & multa bona opera fecisset, traditus est Cereali vicario ad puniendum: sed sanctus Gethulius sancta prædicatione convertit ad fidem Christi, sicut fecit Amantium tribunum fratrem ejus. Sanctus vero Sixtus Papa baptizavit Cerealem, & confirmavit in fide. Postea vero cu audivisset hoc factu prædictus Imperator, tradidit

sanctum

sancum Gethulium Licinio praefecto suo, ut eum cum socijs suis, si nollet sacrificare idolis, mitteret in caminum ab igne ardente. Quod cum factum fuisset, nullo modo ab igne laeti sunt. Tunc fuitibus illis capite martyrium compleverunt: quorum corpora collegit beata Simphorosa, uxor Gethulij martyris, & sepelivit in praedio suo. In Africā Arsifrogati, & aliorum quindecim. In Hispaniā Christi refutati. In Nicomedia sancti Zacharia. In Autiiodoro depositio Censuri Episcopi.

## A. III. IDUS JUNII.

**N**Atale sancti Barnabae Apostoli: qui cūm esset Cypricus, cum Paulo gentium Apostolus ordinatus est. Hic postea propter Joannem discipulum, qui & Marcus vocabatur, separatus a Paulo, nihilominus Evangelicæ prædicationis injunctum sibi opus exercuit. Cujus corpus tēpore Zenonis Imperatoris, ipso revelante repertum est. Apud Corinthum sancti Sosthenes, discipuli sancti Pauli Apostoli. In Aquileia natale sanctorum martyrum, Felicis & Fortunati, sub persecutione Diocletiani & Maximini Imperatorum, præside Eustimio. Qui cūm essent getmani fratres, fide Christi ferventes, primum in equo suspensi sunt, ardenteribus lampadibus circa latera appositi, sed mox per aluentibus martyribus extinti: inde per ventrem ferventi oleo superflui, ad ultimum capite truncantur.

## B. IV. CALEND. JUNII.

**R**Omæ via Aurelia, millario quinto, passio sanctorum martyrum, Basiliidis, Cyrini, Naboris & Nazarij: quorum Naborem & Nazarium, simul cum Gorgonio martyre transtulit à Roma in Galliam Grodegandus Metensis Episcopus, permittente Paulo Papa Romano, anno Dominiæ incarnationis septingentesimo sexagesimo quinto, & collocavit prædictus Episcopus sanctum Gorgoniū in monasterio quod dicitur Gorizia: sanctum vero Naborem in monasterio quod dicitur Nova cella: sanctum quoque Nazarium in monasterio, quod dicitur Loreshain, ubi signa & miracula in sanitate infirmorum & debilium saepius sunt. Mediolani natale sanctorum martyrum Nazarij & Celsi pueri. Sanctus namque Nazarius à beato Clemente instruitus & baptizatus est, quem Anolini sub Nerioniana perfectionis rabie diu afflictum in carcere cum Celsō puer, quem ipse nutriterat, gladio ferire jussit, quorum corpora Christiani futuri sepelierunt in propriis horis, quos beatus Ambrosius Domino revelante reperit. Et depositio sancti Odolii presbyteri.

## C. IDUS JUNII.

**R**Omæ natale sancta Felicis & virginis, quam cum Flaccus comes post excessum Petronellæ velle ducere uxoret, atque ad terrendum eam proposuisset dicens: Unum sibi duo bus elige: aut esto uxor mea, aut dijs sacrificia, responsum ab ea accepit. Nec uxor tua ero (quia Christo sacra sum) nec immolabo idoli (quia Christiana sum). Tunc Flaccus tradidit eam vicario, qui fecit eam in tenebris claudi cubiculo, sine cibo per septem dies. Post hæc duxerunt eam ad virginis Vestra, ibique per alteros septem dies sine cibo permanebit: eo quod nulla ratione cibum patetur de eorum manu accipere. Dehinc levata est in equo, & tamdiu torqueri iussa est, donec emitteret spiritum: & sic præcipitata est in cloacam, quam sanctus Nicomedes presbyter tulit, & sepelivit septimo miliario ab urbe Roma. In Africa, Luciani & Fortunati.

## D. XVIII. CALEND. JULII.

**H**eliæ Prophetæ, qui apud Samariam Palestini situs est, ubi & Abdias requiescit, & quo major inter nos mulierum non fuit. Joannes Baptista, ubi multa miracula sunt. Sueffonis civitate passio sanctorum martyrum, Valerij & Rufini. Apud Cæsaream Cappadociæ san-

cti Basili Episcopi, fratribus Gregorij & Petri. Vienna sancti Etherij Episcopi.

## E. XVII. CALEND. JULII.

**A** pud Siciliam sanctorum martyrum Viti, Modesti, & Crescentia. Qui beatus Vitus in puerilitate virtutibus maturus, primum à parte suo sacrilego Hyla, ut à cultura Dei recederet, tentatus est deinde à Valeriano judice cathomis cæsus, in confessione Christi permanuit. Inde redditus patri, cum preciis affigere illum pater meditaretur, monitu angeli navem consendens, comitantibus secum Modesto & Crescentia nutritoribus, ad Thani Agrithanum territorium devenit: inde properfiliam Diocletiani Imperatoris dæmoni vexatam, quæsus & ad ductus ad eam, ejus filiam oratione curavit. Sed cum Imperator impius nequaquam eum ad consensum idolorum persuadere potuerit, vinculis ferreis astriatum in teterimum induci carcerem jussit, cum Modesto atque Crescentia: quos postea Diocletianus in ollam resina & pice, & plumbo succensam jactari præcepit: egrediisque de olla illæ, dimissus eis leo ferociissimus, qui mox pedes eorum lingere copit, novissimè vero juxta fluvium, qui dicitur Siler, quiescentes sub arbore, animas suas Domino reddiderunt. Florentia vero fœmina illustrissima, corpora sanctorum collegit, & in loco qui dicitur Marianus, condita aromatis sepelivit. Apud Mesiam sancti Eusebii, qui sub præside Maximiano martyrio coronatus est.

## F. XVI. CALEND. JULII.

**A** pud urbem Vesontionensem sanctorum Ferreoli presbyteri, & Ferrutionis diaconi, qui à B. Hyreneo Lugdunensi Episcopo & martyre ad prædicandum verbum Dei missi, sub Claudio judice ad trochlearis extenti, & flagellati sunt: deinde inclusi carcere, manæ amputatis linguis prædicabant verbum Dei. Post hæc subulæ trigesimæ utrÿque infixa manibus & pedibus peñore, ad ultimum gladio feriuntur. Et in civitate Moguntiaca passio sanctorum Aurei & Jultinae sororis eius, qui ab Hunis vastis Germanian in ecclesia occisi sunt. Item in Antiochia sanctorum Circici & Iulitæ matris eius, quorum prior post dicta verbena, etiam calcem cum aceto & sinapi in os accepit. Deinde clavis affixi pariter evulsi oculis in carcere truli sunt. Post hæc decalvati & excoati, super carbones in lecto æro assati sunt; ad ultimum ferris attriti, amputatis linguis martyrij sui cursum obtuncione capitis impleverunt. Pashi sunt cum eis & alijs quadrigeniti quatuor. Eodem die depositio sancti Alexij confessoris.

## G. XV. CALEND. JULII.

**R**Omæ sanctorum martyrum ducentorum sexaginta duorum, qui positi sunt via Salaria vetere, ad clivum cucumeris. Eodem die sancti Vultmari confessoris, admiranda sanctitatis viri & religionis. In civitate Nanectis sancti Similiani Episcopi & Confessoris, Lugduni depositio S. Aurelianii, Episcopi Arelatenensis. Apud Viennam sancti Domnoli Episcopi. In Aurelianis civitate sancti Viti presbyteri & monachi, cuius vita miraculis coruscabat. Hic inter alia facta quedam monachum defunctum in ecclesia, ceteris fratribus somno gravatis, oratione fusâ ad Dominum à morte suscitavitis.

## A. XIV. CALEND. JULII.

**R**Omæ via Ardeatina natale sanctorum Marci & Marcelliani fratrum, præclarissimi generis, Tranquillini & Marcia filiorum, qui primò carcere pro fide passi sunt, postmodi arabiano judice teneti, & ad stipitem ligati, in pedibus acutis clavos acceperunt. Cum autem transiesset una dies & una nox, & illi laudantes Deum perseverarent, lanceis per latera transfixi, cum gloria martyrij ad

sidere regna niigrarunt. In Antiochia passio Marinæ virginis, quæ per Olibrium præfectum multa tormenta passa est pro nomine Christi: vincula, carceres, flagella, equuleum, quam & diabolus in draconis specie, similiter & in Äthiopis tentavit; sed per signum sanctæ crucis superatus est. Novissimè vero per prædictum præfectum decollata, sacro martyrio vitam finivit.

## B. XIII. CAL. JULII.

**M**edio anno natale sanctorum Gervasi & Protasi: qui cum per decem annos in uno cœnaculo conclusi, lectionibus & orationibus atque jejunijs vacassent, undecimo ad palmam martyrij pervenerunt, tenui ab Astachio comite. Qui primum tamdiu iussit plumbatis contundi, quamdiu exhalaret spiritum: sequente verò, i.e. Prothasium, fustibus cæsum capite truncari. Quorum corpus Philippus, vir religiosus, unum cum filio suo futurum abstulit, & in domo sua in arca marmorea sepelivit: quorumq[ue] se pulchra multo post tempore Theodosio Imperatore Domino revelante beatus Ambrosius reperit, & ita incorporeorum corpora invenit, ac si eodem die fuissent interempti. Quæ cum in urbem introducerentur, quidam diu cæcus ferenti tætu lumen recepit. Apud Ravennam sancti Ursicini martyris, qui sub iudice Paulino, post nimia tormenta capite cæsus martyrium consummavit.

## C. XII. CAL. JULII.

**S**yverij Papa, qui sedet Romæ anno uno, qui consenteiente Justiniano Imperatore, à Viliario patricio depositus, & monachus factus, in exilio confessor moritur. Roma S. Novati fratris Timothei presbyteri, qui à beatis Apostolis eruditu sunt. De quo scribit pastor in gemitu Pudentianæ & Praxedis virginum. Et translatio S. Zenonis martyris, & S. Florentia virginis.

## D. XI. CALEN. JULII.

**I**n Moguntia natale S. Albani martyris, qui sub Diocletiano Imperatore de insula Nanha pergens cum sancto Theonefro & Urso Mediolanum venit: indeque exiens auxiliante Domino pervenit ad Gallias, ibique in servizio Dei manens, ad martyrium pro nomine Salvatoris promptus fuit. Postquam autem in Augusta civitate beatus Ursus martyrium accepit, Theonefus cum Albano Moguntiam pervenit: dumque ibi prædicaret verbum Dei, Albanus discipulus ejus martyrium explavit, & sepultus est ibi juxta prædictam civitatem, Syracusis natale sanctorum martyrum Rufi & Martie. Roma S. Demetria virginis, quæ fuit beati Fausti filia. Hæc cum ante imperium Julianum pro fide Christi introduceretur, in confusione ipsius emisit: sepulta à Joanne presbytero, juxta matrem suam S. Dafrosam, & soorem Vivianam, juxta palatium Lucianum.

## E. X. CAL. JULII.

**I**n Britannia S. Albinus martyris, qui tempore Diocletiani in Verelamio civitate, post verba & tormenta acerba capite plexus est. Sed illo in terram cadente, oculi ejus qui eum percussit, pariter ceciderunt. Passus est cum eo etiam unus de milibitis, eo quod eum ferire iussus, nouerit: divino utique perterritus miraculo, quia viderat B. martyrem sibi dum ad coronam martyrij properaret, alveum amnis interpoliti orando transmeabiliter reddidisse. In civitate Nolana Campania natale sancti Paulini Episcopi & Confessoris, de quo B. Gregorius in libro Diologorum narrat. Et depositio beati Niceta Romanae civitatis Episcopi, & Confessoris virginis. Et passio sanctorum decem milium martyrum.

## F. IX. CALEN. JULII.

**N**atale Joannis presbyteri, quem impius Julianus in auditum via Salaria vetere ante simulachrum solis decollari præcepit, ejusque corpus à B. Concordio presbytero collectum & sepultum est juxta coemilia martyrum. Apud Britanniam S. Ediltrudis virginis & reginæ, cuius corpus cum undecim annis esset sepultum, incorputum inventum est. Et vigilia S. Joannis Baptista.

## G. VIII. CAL. JULII.

**N**ativitas B. Joannis Baptista præcursoris Domini, Zacharia & Elisabeth filij, qui spiritu sancto repletus adhuc in utero matris sua, ad Israël confortans, spiritu agebatur in desertis, vestitus pilis camelorum, habens zonam pelliceam circa lumbos suos; etca autem ejus erat locusta, & mel syliventre edebat xxx. etatis anno, quinto decimo anno imperii Tyberij Caesaris, cum procurator esset in Iudea Pilatus; jomque regnum Judæorum in quatuor principatus esset divisum, venit in omnem regionem Jordani, prædicens baptismum pœnitentiam in remissionem peccatorum. Roma Fisici, Lucia, cum alijs virginibus duobus. Augustuduno depositio S. Simplicis.

## A. VII. CAL. JULII.

**A** pud Beream S. Sosipatræ, discipuli S. Pauli Apostoli. Apud Alexandriam S. Gallicani martyris, qui per predicationem Joannis & Pauli ad fidem Christi conversus, post innumeris quæ perpetrat bona, a Rauciano comite percussus gladio migravit ad Christum. Roma Lucia virginis, cum alijs virginibus duobus, & Aceia regis. Thessalonicae sanctorum Bigati, Lantani, & dormitio S. Joannis Evangelistæ.

## B. VI. CAL. JULII.

**R**oma Joannis & Pauli fratum, quorum primus præpositus, secundus primicerius fuit Constantia virginis, filia Constantini. Qui cum omni die turmas Christianorum recrearent, ex his opibus, quas sacratissima virgo Christi reliquerat, pervenit hoc ad Julianum: qui milio Terentianoi campi ductore, intra domum propriam de collati sunt; quitanus postea Christianus factus est. Eodem die S. Quadratus Apostolorum discipuli, qui in locum B. Publji Athenarum Episcopi substitutus, & ecclesiæ grandi terrore dispergitam fide & industria congregavit.

## C. V. CAL. JULII.

**A** pud Galatiam B. Crescentis Episcopi, discipuli sancti Pauli Apostoli. Apud Tyburianam urbem Italia, natale S. Simphorofæ, B. Gethulij uxoris, cum septem filiis: quorum mater sub Hadriano principe maxima constantia pro Christiana fide mortem passa est: qui ipsam jussit palmis cædi, deinde suspensi crinibus. Sed cum superari nullatenus posset, jussit eam alligato falso in fluvium precipitari. Cujus frater Eugenius curia principalis, collegens corpus ejus sepelivit. Et manè Imperator septem jussit figi stipes, ibique filios ejus ad trochlearis extendi, & Crescentem in gutture transfigi, Lucianum in pectori, Nemesium in corde. Primitivum per umbilicum, Justitium per membra disstentum scindi per singulos corporis nodos atque imbuturas, Statuum lanceis inumerabilibus, donec moreretur in terra configi. Eugenium finitæ pectori usque ad inferiores partes. Altera autem die Adrianus præcepit corpora eorum in foveam altare projicere. Et Pontifices templorum posuerunt nomen loci illius, ad septem biochanatos. Cordubæ sanctorum Zoli, & Caliotum decem & novem. In Epheso civitate festivitas celebratur septem fratum dormientium: h. e. Maximiani, Malchi, Marciani, Dionysij, Joannis, Serapionis, Constantini.

## D. IV.

D. IV. C A L E N D . J U L I I .

**L**eonis Papæ, qui post Petrum apostolum quadraginta septimum in urbe Roma sedidit annos viginti unum, mensem unum, dies tredecim. Hic cum multis Episcopis fidem catholicam expones, Eutychianam & Nestorianam heresim damnavit, & sanctissimum Concilium Chalcedonense suu industria congregari fecit. Hic constituit intra actionem dicere Sanctum sacrificium; & monacham non accipere velamen capitis benedictum ab Episcopo, nisi prius probata illius virginitas fuerit, apud alexandriam sanctorum martyrum Plutarchi, Sereni, Eraclidi. Herois: item Sereni, Potamienæ, Marcellæ, Catachumæ, Heræ, Nomie, baptissimum martyrij consecuta. Inter quos præcipue emicuit Poraniæ virgo, quæ post innumerous agones cum venerabilis matre Marcella, ignis supplicis consumpta, è terris migravit ad cœlum. Lugduno Gallia sancti Irenæi Episcopi, qui cum omni feritate civitatis sua populo gloriose coronatus est martyrio, sub Severo principe, sepultusque à Zacharia presbytero in crypta basilice beati Joannis Baptiste, sub altari. Et vigilia apostolorum Petri & Pauli.

E. III. C A L E N D . J U L I I .

**R**oma natale sanctorum apostolorum Petri & Pauli, qui passi sunt sub Nero, Battio & Tusco consibus. Petrus secundo Claudi anno, post Episcopatum Antiocheniæ ecclesiæ, & prædicationem diptetionis eorum, qui de circumscriptione crediderant, in Pontio, Galatia, Capadoccia, Asia & Bithynia ad expugnandum Simonem magnum Romanum milles est, ibique viginti quinque annos cathodram sacerdotalem tenuit, usque ad ultimum annum Neronis, à quo affixus cruci martyrio est coronatus, capite ad terram verso, & in sublimi pedibus elevatis, asperens se indignum, qui crucifigeretur uero Dominus suus. Sepultus autem est in eadem urbe in Vaticano iuxta viam Triumphalem, qui tortus orbis veneratur celebrazione. Hic ordinavit duos Episcopos, Linum & Cletum, qui præsentialiter omne ministerium sacerdotale in urbe Roma populo vel supervenientibus exhiberent: ipse vero oratione & prædicatione operam dabant.

F. P R I D . C A L E N D . J U L I I .

**E**odem anno, quo passus est Dominus, constat Paulum ad fidem venisse. Paulus quoque post passionem Domini vicefimo quinto anno, id est, secundo Neronis: postquam ab Hierusalem usque Illyricum replevit Evangelium Christi, Romanum vincens missus est, & sicut ipse in secunda epistola ad Timotheum scribit, liberatus de ore Leonis, videlicet ferociissimi persecutoris Neranis, Evangelium Christi in occidente quoque partibus prædicavit. Et hic ergo quartodecimo Neronis anno eodem die quo Petrus Roma pro Christo capite truncatus, sepultusque est in via Ostiensis, anno post passionem Domini tricessimo septimo. Item beatissima Lucina discipula apostolorum: & Lemovicas, S. Martialis Episcopi & Confessoris. In agripina sanctorum Asculippii, Pamphili.

I V L I V S H A B E T D I E S X X X .  
Lunam XXX.

G. C A L E N D . J U L I I .

**N**on monte Hor depositio Aaron sacerdotis. Eodem die Turonis sanctæ Monegundis virginis. Vienna beati Martini, terij ejusdem urbis Episcopi, ad præfatarum urbem ab apostolis missi. In territorio Lugdunensi depositio beatissimi Domitiani Abbatis, qui primus illuc eremiticam vitam duxit, & natale Areleffi confessoris. Ex octava sancti Joannis Baptista.

Beda Tom. 3.

A. VI. N O N . J U L I I .

**R**oma in cemiterio Damasi natale sanctorum Proceſſi & Martiniani, qui à beatis apostolis Petro & Paulo baptizati & instruti sunt, cum aliis promiscui fætus, numero quadraginta septem. Quod cum audisset præfectus Paulinus, milites multiles, & renuit eos, iuſſitque in custodiā retrudi, & sequenti die, ut os eorum cum lapidis contunderetur, deinde in equuſo ſuspendi, & attrahi, nervis & fustibus caedi, dehinc ut flammæ circa latera eorum apponenterentur. Post triduum Paulinus arreptus à demonio exſpiravit. Cæſarius verò præfectus hæc Neroni intimavit, cui Nero præcepit dicens: Non tardentur, sed celeriter extinguantur. Tunc educti foras muros urbis Romæ, gladio ſunt caeli Corpora eorum beata Lucina collegit, & cum aromatibus ſepelivit in prædio ſuo. Item sanctorum martyrum, Ariftionis, Crefcentiani, Eutychiani, Urbani, Vitalis, Iusti, Felicissimi, Felicis, Marciae & Simphorosiæ, qui omnes apud Campaniam martyrio, coroni sunt.

B. V. N O N . J U L I I .

**L**eonis Papæ, qui sedidit Roma menses decem. Hic eloquentissimus & divinis scripturis ſufficienter instruētus fuit, Graeca Latinaque lingua eruditus. Hic ſanctam ſextam synodum fecit, quæ in regia urbe celebrata eſt, ubi dannati fuit, Cyrus, Sergius, Honoriūs, Pyrrhus, Paulus, Petrus, Macharius, Stephanus, Polychronius, & novus Simon, qui unam voluntatem & operationem in domino Iesu Christo prædicabant. Apud Edesiam Mesopotamia translatio corporis S. Thomæ apostoli. Cæſarex Ponti natale sancti Gregorij Episcopi & martyris, beati Athenorii Episcopi fratris, qui orando stagnum quoddam convertit in ſiccitatem.

C. IV. N O N . J U L I I .

**O**sea & Aggei prophetarum. Turonis translatio sancti Martini Episcopi & Confessoris, & ordinatio Episcopatus eius, & dedicatio baſilice ipsius. In Africa sancti Iucundiani martyris in mare merita, apud Sirium natale sanctorum Innocentij, Sabbatæ, cum alii triginta. In Biturica civitate natale S. Lauriani martyris, & depositio S. Daltrici Episcopi & Confessoris.

D. III. N O N . J U L I I .

**A** pud Syriam sancti Domitij martyris, qui virtutibus suis multa incolis beneficia praefat. Roma natale sanctæ Zoz, uxoris beati Nicostrati martyris, quæ ad confessionem beati Petri apostoli dum oraret, a paganiſ arata, ducta est ad patronum Naumachia, à quo primum in custodiā obcuriſſimam trusa, & per dies ſex omnis latio lucis & vietus fraudata, septimo die denum à collo & a capillis in corpore ſuſpenſa, adhibito ſubter fumo in confeſſione Domini emisit ſpiritum. In Sicilia natale Agathonis & Triphina. Etiā Thomis, Macini, Theodori & Sodephæ.

E. P R I D . N O N . J U L I I .

**I**saia & Joel prophetarum, & octava apostolorum, & primus beati apostoli Pauli ingressus in urbem Romam anno secundo Neronis. Item depositio beati Goaris confessoris, qui in provincia Aquitanie ortus, temporibus Hildeberti regis Francorum, statim ab infantia verus cultor Dei fuit. Hic postmodum ibi presbyter consecratus, patriam parentesque deferuit, & in provincia, quæ ripis Rheni fluminis contigua, Trigoria nuncupatur, arque ad diocesim pertinet Trevirotum, ibi Deo libere servire deligit, usque in finem vita ſua. Roma natale sancti Tranquillini martyris, patris sanctorum Marci & Marcelliani, qui ad prædicationem beati Sebastiani credens

in Dominum Jesum Christum, die octavarum Apostolorum, dum ad beati Pauli confessionem oraret, tentus a pagans ac lapidatus in partium consummavit.

## F. NON. JULII.

**R**oma beatorum martyrum, Nicostrati primiscrip-  
nij, Claudi commentariensis, Castorii, Viatorini,  
Symphoriani, quos beatus Sebastianus credere Christum  
docuit, & sanctus Polycarpus presbyter baptizavit. Qui  
cum corpora sanctorum per ora Tyberina requiriunt, tenui-  
sunt, & ad urbis praefectum perduti. Erat enim judex  
Fabianus, qui eos hortabatur ad sacrificandum, per decem  
dies minus eos & blandicij agens, & nullū penitus potuit  
commovere. Tunc fecit de eis suggestionem Imperato-  
ribus, quicque iussere eos tertio torqueri. Cumque nulla  
ratione compulsi cederent, iusserunt eos in mare præcipi-  
tes dare. Immensis itaque arctari ponderibus, pelagiflu-  
ibus dati sunt, ut in loco mundo inter aquas coronam  
martyrii celebrarent. In Alexandria sancti Panteni, viri  
Apostolici. Vienne Eooldi Episcopi. Item in Alexandria  
natale Parmenii, Eracli, Elia, Apollonii, Anovi, & aliorum  
decem & novem. Eodem die sancti Vuilibaldi Con-  
fessoris.

## G. VIII. IDUS JULII.

**I**n pago Austris, & castro, nomine Virzburg, juxta  
Menum fluminis situm, natale sancti Kiliani martyris, &  
duorum sociorum ejus, qui ab Hibernia Scotorum insula  
venientes, nomen Christi in predictis locis prædicaverunt,  
ibique ob veritatis confessionem sub quodam ju-  
dice Gozberto trucidati sunt, & multis postea signis veri  
Christi martyres esse claruerunt. In Palæstina natale sancti  
Procopij, qui ab Nicopoli ductus Cæsaream, ad primam  
responsionem confidiam, irato judice Fabiano, ca. ite-  
caus est. Apud Asiam minorem sanctorum Aquila & Pris-  
cillæ uxoris ejus, quorum Lucas in Actibus Apostolorum  
meminit.

## A. VII. IDUS JULII.

**R**oma ad Guttam manantem sancti Zenonis marty-  
ris, & aliorum decem milium ducentorum & trium  
in civitate Tyronatale sanctorum Anatoliae & Audacis,  
sub Decio Imperatore. Quorum Anatolia cum multis  
in Piceno oppido infirmos, lunaticos, & demoniacos cu-  
rauit, duxit eti jubente Faustiniano, ad civitatem Tyrum,  
ex diversis plagarum generibus vexata: deinde ei serpen-  
te tota noce inclusa, nihil lesta est, quin & ipsum Martum,  
qui serpentem dimiserat, nomine Audacem, mane à  
suo serpente devorandum, eripuit, & ad Christum martyriumque convertit. Nam ipse post hac ob confessio-  
nem veritatis in custodiari datus, nec mora capitali sen-  
tentiæ est coronatus. Ipsa quoque virginis Christi tranver-  
berata, cum staret extensis manibus in oratione, ita ut  
per dextrum latus gladius missus, per sinistrum exire, fe-  
pulta est manæ à civibus Tyriensibus, quæ passa est sepi-  
ma idus Julii: Audax vero quia de oriente erat, ab uxore  
sua & filiis illo translatus est.

## B. VI. IDUS JULII.

**R**oma septem fratrum, filiorum sanctæ Felicitatis:  
id est, Januarij, Felicis, Philippi, Sylvani, Alexandri,  
Vitalis & Martialis, sub praefecto urbis Publio, tempore  
Antonini principis. E quibus Januarius post verbera vir-  
gatum & carcerum, plumbatis occisus est: Felix & Philip-  
pus fulibus mactati, Sylvanus præcipito interemptus est,  
Alexander, Vitalis & Martialis capitali sententiæ puniti-  
sunt. In Africa natale sanctorum Januarij, Marini, Naboni-  
ris & Felicis decollatorum, quorum corpora Mediolanum  
translata sunt.

## C. V. IDUS JULII.

**T**ranslatio sancti Benedicti Abbatis. Postquam enim,  
sicut ipse vivens prædictus, monasterium ejus a genti-

bus vastatum est, Domino revelante repetum est corpus  
ejus, & in Gallias translatum, atque in monasterio quod  
vocatur Floriacum, condigne sepulatum. Translatum est  
pariter etiam corpus beate Scholastice, sororis ejus, atque  
in partibus Cenomanensium religiosorum devotione  
conditum. In Armenia minore, civitate Nicopoli, natale  
sanctorum martyrum, Januarij & Pelagie, qui in equuleo  
ungulis & testarum fragmentis diebus quatuor cruciati,  
martyrium implvere. Roma sancti Pij Papæ, qui sedi in  
Episcopatu annos decem & novem.

## D. IV. IDUS JULII.

**A** Pud Aquilegiam natale sancti Hermagoræ, primi  
Æquidem civitatis Episcopi, discipuli sancti Marcii  
Evangelistæ. Apud Cyprum natale beati Nalonis, anti-  
qui Christi discipuli. In Cæsarea sancti Dij. Roma sancti  
Cleri Papæ, qui sedi ibi annos duodecim, hic ex præcepto  
B. Petri, vigintiquatre presbyteros in urbe Roma or-  
dinavit: qui sepulcus est juxta corpus beati Petri, Lugduno  
Gallia depositio S. Juvenicioli Episcopi.

## E. III. IDUS JULII.

**N** Atale sancti Silæ Apostoli: qui cum esset unus de pri-  
mis fratribus, & ab Apostolo ad ecclesias gentium  
destinatus, cum Barnaba & Juda polte a Apostolo Paul-  
o assumpimus, prædicti officium gratia Domini ple-  
nus instantes consummavimus, atque apud Macedoniam in  
passionibus suis Christum clarificans, postmodum re-  
quievit. In Antiochia passio sanctæ Margaretae virginis.

## F. PRID. IDUS JULII.

**A** Pud Pontum natale sancti Phœcæ Episcopi civita-  
atis Sinopis, qui sub Trajano Imperatore, præfecto  
Africanus carcerem, vincula, ferrum, ignem etiam pro  
Christo superavit: cuius reliquia in basilica Apostolorum  
in Vienna civitate Gallia habentur. Lugduno Gallia na-  
tale sancti Justi Episcopi & Confessoris.

## G. IDUS JULII.

**N** Isibi natale sancti Jacobi Episcopi, magnæ vittutis  
viri, ita ut ad eum preces sapientia urbs discrimine libe-  
rata sit. Rome in portu Europi, Zofima & Bonofia for-  
marum, in Alexandria sanctorum Philippi, Zenonis, Nar-  
sei, & infantum decem. Eodem de sublevatio corporis  
sancti Henrici Imperatoris, in Carthagene natale sanctorum  
Florenti, Catinli diaconi, Januarij, Julia & Jultæ,  
qui sunt positi in basilica Fausti, & in Sirmio Agrippini,  
Secundini, Maximini, Martialis & Jacobi Episcopi. Eo-  
dem die sancta Reginuindæ virginis, & dispersio Apo-  
stolorum.

## A. XVII. CALEND. AUGUSTI.

**I**n Hostia natale sancti Hilarimi, qui sub persecutione  
Iuliani cum noller sacrificare, futilibus casus martyrum  
sumpserit. Apud Antiochiam Syriæ natale sancti Euastachij  
Episcopi & Confessoris, qui sub Constantino principe ob  
Catholicam fidem in Traianopolim civitatem Thracie  
pulsus exilio, ibidem requievit.

## B. XVI. CALEND. AUGUSTI.

**I**n Carthagene natale sanctorum Scillitanorum: id est,  
Sperati, Narthali, Cythini, Berthuri, Felicis, Aquilini,  
Letaci, Januaria, Generosa, Beffia, Donata & Secunda,  
sub Saturnino præfecto, qui post primam confessionem  
Christi in carcerem missi, & in ligno confixi, manæ gladio  
decollati sunt. Horum reliquia cum ossibus beati Cypri-  
ani, & capite sancti Pantaleonis martyris, ex Africa in Gal-  
lia translatæ, venerantur Lugduni in basilica beati Iean-  
nis Baptista, & sancti Alexis Confessoris.

## C. XV.

## C. XV. CALEND. AUGUST.

**A** Pud Carthaginem natale sancte Gundenes, quae Plaurian & Zeta consilibus, iussu Rufini proconsulis, quater diversis temporibus equulei extensione vexata, & ungularum horrenda laceratione cruciata, carceris etiam squalore diutissime affixa, novissimè gladio casus est. Apud civitatem Metenium sancti Arnolfi Episcopi & Confessoris, qui sanctitate & miraculorum gratia illustris, eremiticam vitam diligens beato fine requievit: & sancti Materni Episcopi & Confessoris Mediolano.

## D. XIV. CALEND. AUGUST.

**A** Pud Thebaidam sancti patris nostri Arsenij, de quo in verbis seniorum refertur: quia propter redundationem lachrymarum tergemandam sudarium semper in sanguine vel in manu habuerit. Apud Hispaniam in civitate Hispaniae natale sanctorum Justus & Rufinae, quae à Diogeniano preside comprehensa, equulei extensione & ungularum laniatione vexata sunt: deinde traxi in carcere, inedia & doloribus affixa. Post hac iussit praes, ut quemque iret ipse, nudi pedibus sequerentur. Tandem Justa in carcere spiritum exhalavit: corpus ejus in puteum projectum, & a Sabino Episcopo levatum, in Hispanensi cemiterio conditum est. Rufina cervix fracta, & corpus ejus igni traditum est: cuius reliquiae à fidelibus curata sunt.

## E. XIII. CALEND. AUGUST.

**N** Atale sancti Epaphre, qui à beato Paulo Collofensis Episcopos ordinatus, clarus virtutibus martyrii palma pro omnibus sibi commendatis virtuti agone percepit: sepultus in eadem urbe. Et natale beati Joseph, qui cognominatus est Justus, qui cum beato Matthia, ut numerum duodecimum impleret, ab Apostolis statuitur: sed Matthia locum Iudea prævaricatoris implente, beatus Joseph nihilominus prædicationis & sanctitatis officio inferiens, multaque pro fide Christi persecutionem à Iudeis sustinens, victoriosissimo fine in Iudea quievit, de quo refertur, quod venenum biberit, & nihil ex hoc triste propter Domini fidem pertulerit. In Damasco sanctorum Sabini, Maximini, Juliani, Macrobii, Cassii, Pauli, cum aliis decem. In Africa natale Luciani, Petri, Amabilis, Numnae: & Thebaidæ Victoris.

## F. XII. CALEND. AUGUST.

**S** Ancti Danielis propheta, Rome sancta Praxedis virginis. Hæc cum sorore sua Potenciana, à beato Pudente patre erudita, in omni castitate & lege divina, post multas elemosynas & sepulturas sanctorum, quas fecit, beato fine quievit, sepulta juxta sororem suam Romæ via Salaria. Eodem de passo sancti Victoris Massiliensis Episcopi, qui sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, propter fidem Christi per Arterium præsidem trucidatus est, simul cum milibus Alexandro, Feliciano, Longino & Dencherio.

## G. XI. CALEND. AUGUST.

**N** Atale sancte Mariae Magdalena, de qua, ut Evangelium refert, septem dæmonia ejecti Dominus: quæ etiam inter alia dona insignia, Christum à mortuis resurgentem prima videre meruit. Et obdormitio beata Synycha, quæ Philippis dormit sepulta, de qua B. Apostolus Philippensis scribit. Evidiam rogo, & Synychem deprecor, idipsum sapere in Domino. Ancyra Galatæ natale S. Platonis martyris, cuius gesta habentur. In Antiochia Cyilli Episcopi, & Andreae.

## A. X. CALEND. AUGUST.

**A** Pud Ravennam sancti Apollinaris Episcopi. Hic Romæ ordinatus à beato Petro Apostolo, Ravennam directus est. Qui etiam in Emilia prædicavit, & partibus

Corinthiorum, & in Mylia, & in ripa Danubij, & in partibus Thracie, in quibus locis exilio relegatus est, & ubique pervenit, innumeras virtutes fecit, & passiones sustinuit. Nam cum nimia caede esset, & rursum diutius fustibus casus, ac nudis pedibus super primas impeditus, rursum casus, & equuleo suspensus, tortus est, & lasso os ejus contusum, & gravissimo ferri pondere inclusus, in carcere horrifico, atque in ligno extensus est, ubi ab hominibus quidem neglectus, sed ab angelico publice pastus est: deinde catenatus in exilio directus est, in quo rursum diutius fustibus casus, & rursum ligatus à paganis, casus est & vulneratus, & iterum in carcere missus, & casus martyrum consummavit, sub Vespasiano Cæsare. Demostene patricio. Rexit ecclesiam annos viginti octo, dies quatuor.

## B. IX. CALEND. AUGUST.

**R** Omnia natale sancti Vincentij, Apud Emeritam Hispanie civitatem natale sancti Victoris militaris, qui cum duobus fratribus Trichino, & Antinogeno diversis examinatus supplicijs, martyrium consummavit. In Tyro apud Italiam, quæ est circa lacum Vulturnum, natale sanctæ Christinae virginis, quæ in Christum credens, deos aureos & argenteos Urbani praefecti patris sui confregit, pauperibusque distribuit. Ob hoc jubante patre affixa a lapide, verberibusq; dilaniata, ferro onta, in carcere est conjecta. Post hac cum diutissime & crudelissime dilanatur, de carnibus suis patrii facie proicit. Cumq; alligata rotæ igni supposito & fusio desuper oleo torretur, erumpens flamma mille gentilium interfecit. Iterum carceri tradita, angelo visitante sancta est & refecta. dein cum magno faxi pondere in mare iactata, angelico praesidio liberata est. Cum autem propter scelerâ sua pater ejus fuisse excommunicatus, successor eius Dion multis eam supplicijs affixit. Novissimè successor prædicti, Julianus nomine, post formacem candentem, ubi quinque diebus illa permanuit, post serpentes à venefico immollos, sed fide Christi superatos, post abscissionem lingua, sagittis eam configi præcepit, sicque martyrii sui cursus complevit anno exatis undecimo. Eodem de vigilia S. Jacobi Apostoli,

## C. VIII. CALEND. AUG.

**N** Atale S. Jacobi Apostoli, filii Zebedæi. In Cilicia, civitate Samon, natale sancti Christophori martyris, qui sub Dagno rege virginis servis attritus, à flaminis astuans incendij Christi virtute salvatus est, ad ultimum sagitarum idibus confosilius, martyrium capitis obturatio ne complevit. In Hispaniis, civitate Barcinona natale S. Cucuphati martyris, qui ex civitate Scillitana oriundus fuit, & Barcinona sub Galerio & Maximiano & Rustico passus, primò gravissime tortus & casus est, deinceps catenis acstricatus, in craticula insuper extensus, acetato & sinape perfusus est. Cumque illus ab igne apparuerit, iterum fero vinclis, in custodiaria retritus est: ubi divino splendore consolatur, & tunc nervis ferreis & taurinis crudelissime est casus. In ultimo dictata est sententia, Cucupham rebellem gladio ferire jubemus, cuius corpus à Christians sepelitur.

## D. VII. CALEND. AUG.

**N** Atale beati Herasti, qui Philippis à beato Paulo Episcopus relietus, ibi martyrio coronatus quievit. Roma in portu laciniæ, sub consulari Leontio, Luxurio, primo civitatis Terracinae tradente, qui missus in ignem nullo modo ladi potuit. Inde precipitatus in validissimum torrentem, in columnis ejectus est ad litus. Nunciantur hæc consulari Leontio, qui misit spicularem cum militibus, ut eum comprehendens gladio ferirent. Cuius corpus Julia cum servis suis nocte collegit, & cum honore sepelivit in praedio suo, juxta urbem Romanam. In Phrygia sanctorum Ioviani & Iuliani.

## E. VI. C A L. A U G U S T.

**A** pud Nicomediam civitatem natale s. Hermolai presbyteri, cuius doctrina beatus Pantaleon ad fidem conversus est. Qui tentus a Maximiano cum duobus Germanis suis Hermippio & Hermocrate, capitali sententia ob confessionem Christi punitus est. In Sicilia Simeonis monachi, In civitate Nolana, Felicis, Iulie & Iucundae. Autiiodoro natale sancti Etherij Episcopi.

## F. V. C A L E N D. A U G U S T.

**N**icomediae passio s. Pantaleonis martyris: qui cum iuventute Maximiano artem disceperat medicinam, a presbytero Hermolao ad fidem Christi conversus, multa miracula fecit, patremque suum senatorem Eufratium Christi fidei subjugavit. Ob quam causam tentus est ab eodem Maximiano, equilei poena, & lampacum exultione cruciatus. Sed inter haec Dominus sibi apparente refrigeratus, tandem iactu gladij martyrum consummavit. Lugduno sancti Peregrini presbyteri.

## G. IV. C A L E N D. A U G U S T.

**R** omæ sancti Felicis pontificis. Hic declaravit Constantium filium Coconstantini esse hereticum, cum secundo rebaptizaretur ab Eusebio Nicomedieni Episcopo: & juxta præceptum ejusdem Constantii Augusti capite detruncatur. Sedit autem in Episcopatu annum unum, menses tres, dies duos. Eodem die passio sanctorum Simplicii, Faustini germanorum, qui sub Diocletiano & Maximiano in urbe Romana propter fidem Christi, post multa ac diversa supplicia decollati sunt: & germana eorum Beatrix nomine, eo quod corpora eorum cum Crispo & Joanne presbyteris sepelivit, à Lucretio praefecto præfocata, tradidit spiritum. Lucretius vero ab immundo spiritu arreptus, in convivio suo expiravit. Item depositio beati Lupi Episcopi, qui cum germano venit in Britanniam, & quinquaginta duobus annis sacerdotio functus est, qui tempore regis Attilæ, qui Galliā vastabat, sicut in hymno eius canitur, dum bella cuncta perderent, orando Trebas munivit. Et depositio beati Prosperi Episcopi.

## A. III. C A L. A U G.

**R** omæ Abdon & Sennen subreguli Persarum. Qui cum Corduba civitate Persarum vincula paterentur a Decio, ad ultimum duxit eos Romanus catenæ obligatos, & diversis penitanciis, ubi primò plumbatis casfi, deinde gladio interficiuntur. Apud Africam civitatem Taburbo, lucernaria passio sanctorum virginum, Maxima, Donatilla & Secunda, sub Anylino proconsule: qui post plurimas quas sustinuerunt pro Christo passiones, gladio casæ martyrum consummaverunt. Autiiodoro depositio sancti Ursi Episcopi.

## B. P R I D. C A L. A U G.

**C**æsareæ passio sancti Fabij: qui cum ferre vexilla præficialia recusaret, primum in carcere tritus est, deinde productus atque interrogatus, in Christi confessione perdurat. Qui mox a furibundo judice capitali sententia condemnatur. Post hæc corpus reticulò insutum, in maris profunda seorsum caput, seorsumque cadaver immigritur. Sed Domini virtute integratæ redditum corpus, ad Catenitanum litus eveatum, & condigno cultu à fidelibus in basilica tumulatum, In Africa natale sanctorum Democriti, Secundi, Dionylii, Tirsi, Ravenna translatio sancti Germani Episcopi & Confessoris.

A V G U S T U S H A B E T D I E S X X I .  
Lunam XXIX.

## C. C A L E N D. A U G U S T.

**S** Anctorum Machabæorum septem fratrum cum matre sua, qui passi sunt sub Antiochio Rege. Romæ dedicatio primæ ecclesie a beato Petro construæ & consecrata. Vienna sancti Veri Episcopi, qui unus fuit de discipulis Apostolorum, & sancti Nestori Episcopi. Vercellis Eusebij Episcopi, qui moventibus persecutionem Ariani, sub Constantio principe martyrium passus est. Philadelphia civitate natale sanctorum martyrum, Cyrilli, Aquilæ, Petri, Domiciani, Rufi, Menandri, una die coronatorum. In civitate Gerunda natale sancti Felicis martyris, qui tamdiu iustus est lanitari à Rufino, usque dum vitam finiret.

## D. I V. N O N. A U G.

**R** omæ sancti Stephani Papæ, & martyris, sub Valeriano & Galieno Imperatoribus. Qui cum persecutori seva graviaretur, congregato universo clero suo, horretatur ut pro Christo coronam martyrij alacriter suscipiant. Hic constituit ut sacerdotes & leviti vestes sacras in quotidiano uso non haberent, nisi tantum in ecclesia. Ordinaverat tres presbyters, & septem diaconos, & clericos decem, cu quibus de regno Dei assidue docebat. Beatus igitur Stephanus, post multa quæ operatus est bona, missis à Valeriano militibus, iussis est decollari: qui venientes invenerunt eum sacrificium Deo offerentes, & decollaverunt eum in eodem loco. Cujus corpus Christiani sepelierunt in eadem crypta, ubi astantis effusus est latus eius, in loco qui appellatur comiterium Califli. Sed autem in Episcopatu septem annos, menses quinque, dies tres, Eodem die natale sanctæ Theodoræ, cum tribus filiis suis in provincia Bithynia, urbe Nicæa, tempore Diocletiani, sub comite Leucadio, qui hanc ferro vinclata cum filiis, confulari Bithynia Nicetio definiavit. At ille filium ejus primogenitum Eudionum Christum fiducialiter conscientem fecit fulibus eadi, deinde illam cum omnibus filiis igne consumi. Scriptum est in passione S. Anastasiæ,

## E. I I I. N O D. A U G.

**H**ierosolymis inventio corporis sancti Stephani protomartyris, & sanctorum Gamalielis, Nicodemi & Abibon, sicut revelatum est a Domino beato Luciano presbytero, septimo Honori principis anno. Item in Antiochia sancti Stephani protomartyris, ubi haberi dicitur unus de lapidibus, quibus in brachio percussus est, & multas ex eo virtutes sanitatum fieri. Constantinopolis natale sancti Hermelli martyris.

## F. P R I D. N O N. A U G.

**N**atale beati Aristarchi, de quo beatus Paulus Apostolus Colosensis scribit, Salutem vos Aristarchus concaptivus meus, qui comes individuus Apostolo permanit usque ad ejus confessionem: qui constitutus Thessalonicensium Episcopus, post longos ac beatissimos agones a Christo coronatus quievit. Roma in crypta arena beati Terrulliani martyris, quem beatus Stephanus baptizatum in albis presbyterum confecravit, quinon longè post abscessionem capitis martyrium promeruit, sepultus est a beato Stephano pontifice. Et natale sancti Iustini Confessoris. Lugduni adventus corporis sancti Justi Episcopi de cromo.

## G. N O N. A U G U S T.

**A**ugustuduno S. Cassiani Episcopi. In civitate Cataalunica depositio Memmij Episcopi & Confessoris: & alibi

& alibi sanctorum Floriani & Philistinae. & natale S. Oftwaldi regis, martyrio coronati.

## A. VIII. IDUS AUG.

**R**oma in cemiterio Calisti, via Appia natale S. Sixti Episcopi & martyris, sub Decio Imperatore & Valeriano praefecto & sanctorum Felicissimi & Agapiti diaconorum ejusdem, quos simul iussit Decius ante templum Martis decollari. Noctu vero veneruntur clerici, & maxima pars Christianorum, sepeluntur sanctorum corpora cum digno honore. Decollati sunt cum eis & alijs quatuor, ut in gelatis pontificalibus legitur, Jannarius, Magnus, Vincentius, Stephanus, sibidionis. Pausus est cum eis & B. Quartus, ut scribit sanctus Cyprianus. Hic beatus Sixtus apud Athenas natus & doctus, primum quidem philosophus, postea Christi discipulus fuit: sed in Episcopatu annum unum, menses decem, dies viginti tres. In Hispaniis civitate Compluto. Iusti & Pauporis fratrum, qui cum adhuc pueri litteris imbuenterunt, & projectis in lachola tabulis, sponte ad martyrium cucurserunt; qui mox iussu Daciani a carniviscibus jugulati sunt, ubi erant in basilica sui nominis que sunt. Et natale Ormisda Papae, qui sedit Roma annos decem & septem. Hic coposuit clerum, & psalmos eruditivit. Sub hujus tempore Anastasius Imperator hereticus percutitus fulmine interierit. Sepultus est idem pontifex in Ecclesia beati Petri.

## B. VII. IDUS AUG.

**A**pid Tusciam civitatem Aretio, natale sancti Donati Episcopi & martyris, qui tentus est tempore Juliani Imperatoris a Quadratiano Augustali, simul cum Hilarino monacho iussusque est idolis sacrificare: quo renente, iussit Hilarinum tamdiu fustibus caedi in conspectu ipsius, donec emitteret spiritum, deinde beatum Donatum gladio percutiri. Quorum corpora Christiani venerabiliter juxta civitatem sepeluntur. Cuius meminit beatus Gregorius, quod fractum calicem orando restauraret, Roma sanctorum martyrum Petri, Julianae, cum alijs decem & octo. Mediolanum sancti Faustini, tempore Aurslii Commodi martyrizati. Apud provinciam Rhetiam, civitatem Augustam, natale sancte Afrae martyris.

## C. VI. IDUS AUG.

**R**oma via Ostieni, miliario septimo, natale sancti Cyriaci martyris, quem beatus Marcellus cum Lucina matrona Christianissima, cum alijs qui cum eo passi sunt sanctorum corporibus, transfluit in praedium suum, condensans aromaticis, & linteaminibus recondens in sarcophagis lapideis, octava die mensis Augusti. Beatorum martyrum passiones, id est, Cyriaci, Largi & Smaragi, suis locis notare sunt: hoc est, septima decima calendarum Aprilis. Apud Viennam natale sancti Severi presbyteri & Confessoris, qui etiam ingentem paganorum multitudinem verbo & miraculis ad fidem Christi convertit.

## D. V. IDUS AUG.

**R**oma sancti Romani militis, qui confessione sancti Laurentij compunctus, petiit se ab eo baptizari, & mox jubente Decio cum fustibus exhibitus, ac decollatus est. In Verona civitate passio sanctorum Firmi & Rustici, qui tempore Maximiani Imperatoris, & Anolini consulatis passi sunt. Et vigilia S. Laurentii.

## E. IV. IDUS AUG.

**N**atale S. Laurentij archidiaconi sub Decio, qui post plurima tormenta carceris, verberum diversarum laminarum ardenti, ad ultimum in craticula ferrea afflatus, martyrium complevit. Manè autem primo adhuc crepusculo rapuit corpus eius Hippolytus, & condidit cum

linceis & aromatis cum beato Justino presbytero, iam vespertina hora, & sepelirunt in agro Verano, Roma militum 65. Tunc passi sunt Claudio, Severus, Crescentius & Romanus ipso die.

## F. III. IDUS AUGUST.

**R**oma inter duos lauros natale S. Tiburtij martyris, qui iussi Fabiani praefidis super prunas ardentibus nudis pedibus incendens, in nullo laesus est. Postea vero a praedicto Fabiano machinante Torquato apostata, gladio transverberatus, martyrium explevit. Item Roma natale S. Susanna virginis, quae fuit filia Gabini presbyteri, fratris Gaij Papa. Hac ergo sub Diocletiano Imperatore passa est, eo quod nolle Maximo filio eius in coniugio sociari, sed in virginitate permanere, portante eam Gaij Papa, nec non & Serena Augusta, ut stabilis permaneret in fide & castitate perpetua. Propter hoc iussit eam Diocletianus postala tormenta in domo propria gladio percuti, & sic martyrium consummavit. Praedicta vero Serena Augusta collegit corpus sancte virginis, & sanguinem quem fudebat, in eodem loco cum suo velamine tergit, & posuit in capsa argentea in palatio suo, ubi die noctuque furtivis vicibus orare non cessabat. Corpus autem sancte Susanna ipse manibus suis ornavit, cum linteaminibus & aromatis, & posuit juxta corpora sanctorum in cemiterio Alexandri. Et depositio Gaugerici Episcopi & Confessoris, qui 33. annos Cameracorensem rexit Ecclesiam,

## G. PRID. IDUS AUG.

**I**n Sicilia civitate Carinenium natale Eupli diaconi. Qui cum diutissime torqueretur, decollatus est a Calviano confulsi, tempore Diocletiani & Maximiani. Eodem die sancta Hilaria, matris S. Afræ martyris, quæ cum ad sepulchrum ejus excubaret ibidem pro fide Christi a persecutoribus igni tradita est, cum Digna & Eumenia, & Euprepia, quæ fuerunt puellæ S. Afræ. In Syria natale sanctorum Macharij & Juliani.

## A. IDUS AUG.

**R**oma S. Hippolyti, qui tempore Decij ligatis pedibus ad coila indomitorum equorum, & sic per carduos & tribulos tractus emitis spiritum. Et natale Concordia nutrix eius, quam ante ipsum plumbatis casam martyrizavit, & alioscum decem & novem de domo ejus, qui simul decollati sunt. Eodem die natale S. Castiani Romæ. Qui cum adorare idola nolle, interrogatus a persecutore, quid artes haberet: respedit, quia pueros notas doceret, & mox poliatus vestibus, ac manibus post terga revinctis, statuit in medio, vocatisque pueros, quibus docendo exofus factus fuerat, data est facultas eum perimendi. At illi quantum doluerant discentes, tantum le uicisci gaudentes: alij eum tabulis a buxis seriebat, alij stylis vulnerabant, quanto quorum infirmior erat manus, tanto graviorem penitentiam dilata morte faciebant. Pictavis civitate depositio sancte Radegundis reginæ. In Germania provincia natale S. Wigberti presbyteri & Confessoris.

## B. XIX. CALEND. SEPTEMBER.

**N**atale sancti Eusebii presbyteri & confessoris, qui sub Constantio Imperatore Ariano machinante Liborio praefule similicer heretico, confessionem suam complavit. Nam a predicto Constantio includitur in quadam cubiculo domus sua, habento in latitudine pedes quatuor: ubi multis dies in oratione perseveravit, & nono decimo calendarum Septembbris, post menses septem, adhuc tamen inclusus dormitionem accepit. Cuius corpus collegit Gregorius & Orosius presbyteri, & sepelirunt in crypta juxta corpus beati Sixti Episcopi & martyris, via Appia, in cemiterio Calisti, ubi & titulum ipsius scribentes posuerunt ita: Eusebio homini Dei. Audiens Constantius, quod

**G**regorius & Orobius sepelissent corpus beati Eusebii, in eadem crypta, ubi illud condiderant, praecepit vivū includi Gregorium. Hunc semivivum nocte Orobius excepti inde, & post paululum defunctum juxta corpus S. Eusebii sepelivit. Factaque est gravissima persecutio in Catholica Ecclesia ab Arianiis, sedem Apofollicam tenente Libero. Et vigilia assumptionis Mariae virginis.

C. XVIII. C A L E N D . S E P T E M B .

**A**sumptio sancte Dei genitricis & perpetuae virginis Mariae. Eodem die S. Tharicij acolyti & martyris. Quem pagani cum invenissent Christi corporis sacramenta portantem, ceperunt discutere quid gereret. At ille indiguum judicans porcis prodere margaritas, tandem fuisse ac lapidibus mactatus, quoque exhalaret spiritum. Et revoluto ejus corpore facilegi discussores nihil invenire potuerunt sacramentorum Christi. Christiani autem collegerunt corpus martyris, & sepelierunt in cemeterio Caliti. In Nicomedia sanctorum Stratonis, Philippi & Eutychiani, cum eorum socijs.

D. X V I I . C A L E N D . S E P T E M B .

**I**n Nicæa Bithyniæ natale S. Ursatij Confessoris, sub Licius persecutore, qui reliqua milicia foliariam vitam in quadam turri praetate urbis elegit, tantisque virtutibus clariuit, ut & demones expulisse, & ingentem draconem orando interemisse legatur. Romæ S. Serenæ, uxoris quondam Diocletiani Augusti. In Alexandria sanctorum Orionis, Amilij & Ignatij. In Persida sanctorum Typhi cum socijs suis Metis civitate sancti Arnulfi Confessoris.

E. X V I . C A L E N D . S E P T E M B .

**A** pud Africam sanctorum martyrum, Liberati Abbas, Bonifacij diaconi, Servi & Rustici subdiaconorum, Rogati & Septimi monachorum, & Maximini pueri, qui persecutione Vandalica, iussu crudelissimi regis Hunerici, de territorio Caspensis civitatis, ex habitaculo monasterij abstracti, atque ad urbem Carthaginem sunt produci, ubi pro confessione fidei carcerali custodia mancipati, & crudelibus ferri ponderibus arctati: novissime tyrannus iussit navem lignorum manipulis adimpleri, atque in ea omnes pariter alligatos in medio pelagi igne supposito adcremari, qui Dei nuru extinxerunt est. Tunc præcepit eos re morum vestibus in modum canum cerebris communius singulos extingui. Corpora eorum in mare castra sunt, sed eadem hora litoribus reddita, à Christiano populo in monasterio Celerina sunt condita. Apud Caesaream Cappadociæ natale S. Mammetis martyris, qui pasus est imperante Aurelianō sub Alexandro præside. Ipso die octava sancti Laurentij martyris & Confessoris.

F. X V . C A L E N D . S E P T E M B .

**A** pud Prænestinam civitatem natale sancti Agapiti martyris, qui sub Antiocho rege, cum esset puer annorum quindecim, pro Christo passus est. Hic nervis cædebat, & flagellis atrocissimis, & nudus suspensus est, capite dorsum verso, & atro subter fumo facto, & tunc a qua bullientem fuderunt super ventrem ejus. Postea leonibus projectus, sed nihil ab eis est laxis, ad ultimum decollatus est. Corpus ejus nocte sublatum est à Christianis, & positum in sarcophago novo, netu divino ibi invento. Romæ beatorum Joannis & Crispi presbyterorum, qui multa corpora sanctorum in persecutione officiosissime sepelierunt: & ipsi postmodum in pace quieverunt.

G. X I V . C A L E N D . S E P T E M B .

**N**atale S. Magni. In Gallia sancti Donati presbyteri, qui anachoreticam vitam multis annis duxit. Romæ beati Julij senatoris martyris. Hunc docuerunt beati

martyres, Eusebius, Vincentius, Peregrinus, Pontianus, per quorum manus etiam facultates suas pauperibus distribuens, à beato Rufino presbytero baptizatum percepit. Quod audiens Commodus Imperator, iratus tradidit eum Vitellio iudicii, ut facultates ejus requireret, & ad sacrificandum impelleret. Quique coniecit eum in carcere, & post triduum catenis in cætum fecit sibi presentari: & auditum eum, tamdiu iusti fustibus cadi, donec emitret spiritum. Cujus corpus colleguntur noctu supradicti sancti martyres, & sepelierunt in cemiterio Caledopij.

A. X III. C A L E N D . S E P T E M B .

**S**amuelis Prophetæ, cuius sacra ossa Augustus Arcadius de Judea transfluit in Thraciam portantibus Episcopis, & omnium Ecclesiastum populis tanta latitia occurritibus, quasi viventes fuiciperent. Eodem die beati Porphyrij, qui sanctum martyrem Agapitum eruditivit in fide & doctrina Christi. In Alexandria natale Diocorij, & alibi Philiberti Abbatij. In Luciana sanctorum Valentini, Leontij. In Sinjida civitate sanctorum Valenti, Piricij, Arci, Maximi, Pamphili & Colovi confessorum: & sancti Bernhardi Abbatij.

B. X II. C A L E N D . S E P T E M B .

**I**n territorio Gamalitanæ civitatis, natale sancti Privati martyris & Episcopi, qui passus est per persecutione Valeriani & Gallieni. Eodem die natale sanctorum Bonosi & Maximiani, quorum gesta habentur. In civitate Salona natale Anatolij martyris: qui cum videret beatum Agapitum inter tormenta fortiter Christum confitentem, exclamavit: Magnus est Christianorum Deus, & non est alijs præter eum. Erat autem cornicularius miles. Ad quem prætes: Sicut video, inquit, seductus es. Ex quo prætes Imperatori Aureliano renunciavit, qui mox perire illum iubet: & ita martyris factus migravit ad Dominum. In Hispanijs Vincentij, Julianij. In Sardinia sanctorum Luxuri & Traiani.

C. X I. C A L E N D . S E P T E M B .

**N**atale sancti Timothei, qui ab Antiochia veniens Romanum, sub Melchiade Papa suscepimus est in hospitium à Sylvestro Papa, qui postea Episcopus factus est. Qui cum annum totum & aliquot menses prædicans, multos ad Christum convertit, tentus à Tarquinio urbis præfecto, & longa carceris custodia maceratus, cum sacrificare idolis noluisset, tertio cæsus, & gravissimis suppliciis attrectus, ad ultimum decollatus, & juxta beatum Paulum Apostolum sepultus est. Augustinus S. Simphoriani, qui tempore Aureliani Imperatoris sub Heraclio consulari, cum idolis sacrificare nolle, primò verberibus afflictit, deinde carcerim capitatum, ad ultimum absconde capite martyrio affectit. In portu Romano, sanctorum peregrinorum martyrum. Marialis, Epicteti, Saturnini, Aprilia & Felicis, cum socijs eorum. Item Roma beati Antonini martyris: qui cum esset camisæ, vidit stantem juvenem cum sponga, & deterrigente latera sanctorum martyrum Eusebij, Pontiani, Peregrini atque Vincentij, cum suspensi in equuleo caderentur, exclamare coepit, Verè Deus est Christus, quem hi prædicant: & fugiens occulit à Rufino presbytero baptizatus est: & resuritus ad Vitellium cum se Christianum liberè fatetur, capitali sententiæ damnatus, via Aurelia sepultus est. Eodem die octava assumptionis sanctæ Mariæ.

D. X. C A L E N D . S E P T E M B .

**N**atale sanctorum martyrum Donati, Restituti, Valeriani, Fructuosi, cum alijs duodecim in Antiochia coronatis. Eodem die beati Zachari Episcopi, qui quartus ab Jacobo Hierosolymorum rexit Ecclesiam. Lugduni sanctorum martyrum Minervi & Eleazarum cum filiis octo.

In for-

In portu urbis Romæ sanctorum Hippoliti, Quiriaci & Archillai. Remis civitate, sanctorum 1 imothei & Apollinaris, qui ibidem martyrii sunt. In Alexandria B. Theone venerabilis. Passio trium fratrum in civitate Agæa sub Lyra præside, id est, Claudi, Asterius, Neonius. Et vigilia S. Bartholomaei apostoli.

## E. IX. CALEND. SEPTEMB.

Natale S. Bartholomæi apostoli, qui apud Indianam Christi Evangelium prædicans, vivens a barbaris decoratus est, atque iussu regis Asiae decollatus martyrii complevit. Hujus apostoli sacratissimum corpus primum ad insulam Liparis, quæ Sicilia vicina est, deinde Benvenutum translatum, pia fidelium veneratio celebratur. Apud Carthaginem sanctorum, qui passi sunt tempore Valeniani & Gallieni. Ferunt enim inter alia supplicia, tunc à præside ciborum calcis accentum, & ante ora illius prunas cum thura exhibitas, & præsidem dixisse Christianis: Eligit e duobus unum, aut thura super his carbonibus offerte Jovi, aut in calcem demergemini. Tunc trecenti viri sive armati, sive iusti rapidissimo Christum Dei filium Deum fatentes, jecerunt in ignem, & inter vapores caliginis in pulvorem sunt conversi. Ex quo etiam candidatus ille exercitus beatorum, mala candida meruit nuncupari.

## F. VIII. CALEND. SEPTEMB.

Passio Genesii martyris, sub Diocletiano Imperatore, qui fuit primum suu gentilitate nimis, thymelicus artis magister: sed postea Christi confessor factus, modis multis a persecutoribus est cruciatus, hoc est, fistibus castis, equo luceo suspensus, flammis adustus, novissime decollatus. Roma natale sanctorum quatuor martyrum, Eusebii, Pontiani, Peregrini & Vincentij, imperante Commodo, Viterbo judice: qui primum levavi in equuleo, ac nervis distensit, fistibus sunt calvi, & flammæ ad latera eorum appolitæ, necnam superari. Eusebius præsua lingua loquebatur: novissime plumbatis usque ad emissiōnem spiritus mortali sunt. Quorum corpora collegit B. Rufinus presbyter, & lepelinus item sancti Genesii Arelatensis, qui in ripa Rhodani fluminis decollatus, & proprio cruce baptizatus, martyrij gloriam accepit. Eadem die S. Sandradi abbas.

## G. VII. CALEND. SEPTEMB.

Roma natale Zepherni Papæ, qui rexit ecclesiam annos octo, mensis septem, dies decem. Hic constituit ut praestitibus omnibus clericis & laicis fidelibus, five diaconis, five sacerdos ordinaretur, & a sanctis sacerdotibus milie celebrarentur. Item natale sanctorum Irene & Habundij Romæ, quos Deciana persecuzione iussit Valerianus incloacari, eo quod corpus beatæ Concordie in cloacam mislum levaverunt. Et ipsoquo quoque corpora levavit Justinus presbyter, & lepelinus in crypta iuxta beatum Laurentium. Apud Vistinum, castrum Italiae, sancti Secundi martyris ex legione Thebaeorum. Et Pergamus sancti Alexandri martyris, qui & ipse erat ex legione predicatorum sanctorum, qui decollatione martyrium explevit.

## A. VI. CALEN. SEPTEMB.

Apud Capuam natale S. Rufi martyris, quem beatus Apollinaris Petri apostoli discipulus docuit & baptizavit, cum esset idem Rufus patricius dignitatis. Thomis sanctorum martyrum Marcellini tribuni, & uxoris ejus Manneæ, & filii ipsius Joannis & Serapionis clerci, & Petri milii. In Gallijs civitate Arelatensi S. Cesarii Episcopi & Confessoris, viti mira sanctitatis. Augustuduno S. Siagri Episcopi & Confessoris.

## B. V. CAL. SEPTEMB.

Natale B. Hermetis martyris. Hunc beatus Alexander Papa urbis Romæ cum esset praefectus, baptizavit cum uxore & filiis, ac foro Theodora, & cum eo pariter mille ducentos quinquaginta servos ejus, uxores queque & filios eorum, prius in genitatem illis concessa, ac nonni multo post ab Aureliano gladio plectitur. Cuius corpus colligit B. Theodora, atque in via Salaria sepelivit. In Africâ depositio S. Augustini Episcopi, qui primo de civitate sua propter barbaros in Sardiniam translatus est, & nuper a Lupicino rege Longobardorum Ticinum relatus, & honorifice conditus est. Constantinopoli S. Alexandri Episcopi & Confessoris, cuius virtute orationis Arianus divino iudicio condemnatus crepuit mesius, & effusa sunt viscera ejus. Apud Sanctonas S. Juliani Episcopi & Confessoris, & natale S. Julianimartyris. Item natale S. Pelagi martyris.

## C. IV. CALEND. SEPTEMB.

Passio & decollatio, vel potius inventio capitis B. Joannis Baptista, quem Herodes, ut Evangelista reserunt, decollari præcepit. Romæ in Aventino oppido Vindensem, ad arcum Faustini beata Sabina martyris, quæ fuit uxor præclarissimi quondam Valentini. Hanc beata virginem Serapio Vera fide instruxit. Passa est autem famula Christi Sabina sub Adriano Imperatore, sub praefecto quoque Helpidio, cum in confessione Christi perduraret, decollatione capitis martyrij palmarum adepta est. Cuius corpus sepulatum est in sepulchro, quod sibi ipsa paraverat, ubi & magistrum Serapiam ipsa ante considerat. In Venetiis civitate Apulia natale Felicis Episcopi. Civitate Tuberosa Januarii presbyteri, & Fortunatiani & Septimi lectorum, qui sub Diocletiano Imperatore a Magdelliano procuratore gladio consummati sunt.

## D. III. CALEND. SEPTEMB.

Roma via Ostiensis S. Felicis presbyteri, sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, praefecto & judice Dracone. Hic cum ad secretarium judicis esset perduetus, iuxta templum Serapis, dum cogeneretur ad sacrificandum, exsufflavit in faciem status ærea, & statim cecidit. Item ductus ad Mercurij statuam, que simili modo cecidit. Item ad simulachrum Dianæ, quod pari modo cecidit. Tunc praefes iustitum decollari. Quidam ergo vir Christianus obvius ei fuit, hominibus quidem absconsus, Deo vero, manifestus hic cepit clamare. Ipsum quem hic sanctus pater confiteratur, Dominum Iesum Christum colo. Mox & ipse ab officio praefecti comprehensus, pariter dato sibi prius oculo pacis cum beato Felice decollatus est. Hujus nomen quia non invenerunt postmodum Christiani, Adauitum eum appellaverunt, eo quod sancto martyri Felici auctor sit ad coronam. Christiani vero nocte venientes, ibi in eodem loco sepelierunt eos. Quorum corpora voluerunt pagani exinde effodere, sed quicunque manus apposuerunt, a diabolo correpti sunt. ubi postea pacis tempore basilica fabricata est. Et natale S. Gaudentia virginis, cum alijs tribus. Et depositio Agili abbatis.

## E. PRID. CALEND. SEPTEMB.

Reviris natale sancti Paulini Episcopi & Confessoris, qui tempore Ariana infestationis, a Constantino Imperatore, ob Catholicam fidem exilio relegatus, & extra Christianum nomen usque ad mortem mutando, exilia fatigatus est, ad ultimum apud Phrygiam defunctus, beatæ passionis coronam percepit a Domino. Apud Athenas beati Aristidis Confessoris.

S E P T E M B E R H A B E T D I E S X X X .  
Lunam XXX.

## F. C A L E N D . S E P T E M B .

**N**A T A L E beatæ Annae prophetæ, filia Phanuel de tribu Aser, de qua Evangelistæ narrant, Iesu Nave & Gedeon Prophetarum. Apud Capuanum natale sancti Petri martyris, qui unus fuit de illis antiquis Christi discipulis. Apud Senonas beati Lupi Episcopi, sanctitate insignis, & beati Longini martyris. Scionomannis civitate Gallia, natale Victorini Episcopi. Nam cum S. Martinus Turonius Episcopus pergeret ad lepeliendum Leporinum Episcopum supradicta urbis, & veniret ad oppidum, respiciens vidit hominem operantem in vinea (eratque subdiaconus) reuelatum est sancto Dei, eo quod ipse successor eius in Episcopalem locum. Vocavitque illum Ianctus Martinus ad se dicens illi: Benedic domine Victor. Cui ille, Benedic mihi Domine tu mihi, & benedictus sermo tuus. Sicque iussu sancti viri secutus est eum: quem con vocata plebe ordinavit Episcopum, eiq; filium Victorinum nomine baptizavit, & secum ad nutriendum ad Dei servitium tulit: quem etiam post obitum patris eidem civitatis ordinavit Episcopum. Ad aquas duras natale sancte Verenz virginis, & S. Egidij Abbatis & Confessoris.

## G. IV. N O N . S E P T E M B .

**N**A T A L E S. Justi Lugdunensis Episcopi, miræ sanctitatis & propheticæ spiritus viri. Hic claram Episcopatum suum relinques, ascensio navi, comitante secum uontantum pueri, qui officio lector erat, nomine Viator, pervenit ad Aegyptum, ubi per aliquot annos sanctis monachis cœlum oculum expectantibus, consociatus, humilitate & sanctitate non mediocri vixit. Cursum itaque temporis consummato, coronam justitiae percepturus migravit ad Dominum, pridie idus Octobris. Corpus ejus à religiosis civibus Lugdunum cum ossibus beati Viatoris multo ejus relatim, & condigno cultu in basilica sanctorum Machabæorum conditum est, quarta nonas Septemb. item apud præfatam urbem beati Helpidij Episcopi & Confessoris. Apud Apamiam S. Antonini martyris.

## A. III. N O N . S E P T E M B .

**N**A T A L E S. Phæben, de qua B. Apostolus Romanis scribit. Romæ paflio S. Serapie virginis, sub Adriano Imperatore, judge Berylio. Hæc Antiochenæ fuit genere, & cum in domo Sabinae comareret, exhibita est in conspectu præsidii: cui ille dixit: Sacrifica dij. Qua respondit: Timeo & colo Deum omnipotentem, non sacrifico dæmonibus. Tunc præses iussit eam quinque juvenibus lascivis tradi, ut ei nocturno furto insultarent. A quibus perducta in cubiculum valde obscurum, cum vellent eam tangere, subito terra motus factus est magnus, & cecidit. Cumque examines in terram membris omnibus resolutis. Post hac præcepit eam sustibus casdi, & ardentes lampades lateribus ejus apponi: sed qui ea tenebant, ceciderunt retrosum. Tunc percuti gladio jubetur. Passa est autem quarta calendas Augusti, sepulta est beata Sabina prid. calend. Augusti. Compositum & ornatum est ibi venerabile sarcophagum ambarum, & locus orationis condigne dedicatus, tertio non. Septemb In Capua sanctorum martyrum, Antonini pueri viginti annorum, & Aëstii Episcopi, quorum gesta habentur.

## B. P R I D . N O N S E P T E M B .

**M**Oysi propheta. Et apud Ancyram Galatæ sanctorum martyrum, trium puerorum, Rufini, Sylvani, & Vitalicæ. Cabilone natale S. Marcelli, qui sub Antonino Imperatore per Priscum præsidem paſsus, hunc immo-

lantem dij suis incurrit. Cumque ab eo ad convivium profanum fuisset invitatus, & hujusmodi execratis epulas omnes qui aderant, cur idolis deservient, libera increpatione corriperet, inaudito crudelitatis genere desodi eum cingulo tenus erexitur præses iussit. Sicque sanctus Dei martyr triduo in laudibus Dei omnipotentis perseverans, incontaminatum spiritum reddidit.

## C. N O N . S E P T E M B .

**I**N suburbano Romæ B. Victorini martyris: qui dum eremiticam vitam duceret, diaboli uasionibus est lapsus: sed per Dei gratiam recuperatus, & postea sacerdotium Aminterniæ urbis adipiscitur. Inde postmodum sub Imperatore Nerva, cum alijs Dei servis, Eutice & Matrona ab Aureliano judice primò relegatur apud eum locum, ubi putentes aqua & sulphurea emanant: in ipsis capite deorum per tres horas suspendi iussus, & teneri ab impio judice iussus est. Quod cum per triduum pro nomine Christi paſsus fuisset, gloriosè coronatus viator migravit ad Dominum. Cujus corpus Aminternenses populi rapienter, honorificata sepultra considerunt. Romæ S. Herculaniani martyris. Capua sanctorum Quinti, Arcontij & Donati, Taurini, Nimpæ & Saturnini, & depositio Ingenij Episcopi.

## D. V I I I . I D U S S E P T E M B .

**Z**aachariæ Propheta. Et natale beati Onesiphori, Apostolorum discipuli, de quo ait Apostolus: Det misericordiam Dominus Onesiphori domui. Apud Africam beatorum Confessorum & Episcoporum Donatiani, Præsidii, Mansueti, Germani, Fusculi, qui persecutione Vandalicæ, iussu Hunerici regis Ariani, pro assertione catholica veritatis durissime sustibus casdi, & exilio sunt damnati: inter quos etiam Episcopum, nomine Letum, incendio concinnavit. Tunc etiam Episcopis, quas ad concilium congregatis Carthaginæ, una de universæ Africæ ecclesiæ claudit, universamque substantiam Episcoporum & Ecclesiæ suis Episcopis condonavit. Sancti Magni Confessoris, discipulii S. Galli, Roma Eleutherij Episcopi, Cappadocia civitate S. Curtidi Episcopi, & Eugenij, & sociorum ejus.

## E. V I I . I D U S S E P T E M B .

**A**PUD Nicomediam natale beati Joannis sub Diocletiano Imperatore: cuius cum jam visceræ in supplicijs defecissent, nunquam efficere potuerunt, ut eum ne extinxerint aliquid in penis videret. Et natale S. Euriæ Episcopi & Confessoris, & depositio Clodoaldi Confessoris. Arelati S. Augustalis Episcopi & Confessoris, & sanctæ Reginæ martyris.

## F. V I . I D U S S E P T E M B .

**N**ativitas beatissimæ Dei genitricis Mariæ perpetuae virginis. Apud Nicomediam natale S. Adriani martyris, cum alijs viginti tribus, quos Maximianus post innumeras poenas iussit, ut veste ferre magno confringentur tibiæ ipsorum. Confractis itaque cruxibus, ac pedibus incisis: insuper & B. Adriano incisa manu orantes & gratias agentes Deo spiritum emiserunt. Corpora eorum iussit tyrannus incendi: sed subito factæ sunt conflagrationes & tonitrua, ac pluvia, & extinctus est ignis. Tunc Christiani rapientes martyrum reliquias, a sensis navibus fugerunt Byzantium, & reverenti honore sepelierunt. Non longo post tempore beati Adriani corpus est Romanis translatum. In suburbani Moguntiacensis Ecclesiæ natale S. Disiboti Confessoris: & Frisingæ depositio sancti Corbiniani Episcopi.

## G. V. I D U S

## G. V. IDUS SEPTEMB.

**S**ergij Papa, qui sedit Romæ annos tredecim. Hic inventus mira magnitudinis portionem ligni salutis Dominicae crucis, in sacrario beati Petri. Hic statuit in tempore Dominicæ corporis confrationis, Agnus Dei à clero & à populo decantari, & constituit, ut diebus annunciationis Domini, dormitionis, & nativitatis sanctæ Dei genitricis Mariæ, ac S. Simeonis, quod hypanti Gracè dicitur, letaniz excent à S. Adriano, & ad sanctam Mariam populus occurrat. Paffio beatorum martyrum, Dorothei & Gorgonij. Apud Nicomediam sub Diocletiano Imperatore, quos jussit appendi, & flagris toto corpore lanari, & visceribus jam pelle nudatis acetò & sale perfundi. Post hac iubetur craticula pruni subeistrata in medio ponit, ibi quod in eo reliquum fuerat, absumpti hominis supponi, & non subito, sed paulatim succendi: ad ultimum laqueo appenso jussit necari. Interjecto tempore B. Gorogonii Romanus transfertur. In Sabinis sanctorum Iacinti, Alexandri, Tyburi, Eodem diti S. Kunegundis virginis.

## A. IV. IDUS SEPTEMB.

**A** pud Africam sanctorum Episcoporum Nemesiani, Felicis, Item Felicis, Litter, Poliani, Victoris, Jaderis, & Datij, qui sub Diocletiano & Maximiano passi sunt. In Chalcedonia sanctorum Sothieni & Viñturi martyrum, sub Prisco consule. Romæ depositio Hilarij Papa, per quem Viñturi ordinem paucaliter confiscauit. Et depositio Salvij Episcopi, de cuius sanctitate Gregorius Turomensis Episcopus scriptit, narrans quod per revelationem vidisset divinæ vocis evaginatum gladium imminere super tegulum, quod Hilpericus rex præcepit confitit, cui visioni veritas statim subsecuta est. Nam post dies viginti duos filij Regis mortui sunt.

## B. III. IDUS SEPTEMB.

**R** Omnes natale sanctorum Prothi & Iacinti, qui erant eunuchi B. Eugenii virginis. Cumque ab Heleno Episcopo baptizati essent, aliquanto tempore divinis solium eruditioribus vacantes, in servorum Deimonasterio mira humilitate versati sunt, & hoc apud Aegyptum, inde cum beata virginem Romanam reversi, sub Galieno Imperatore, quod essent Christiani reprehensi, coguntur sacrificare, sed non confessantes, durissime verberabantur. Cumque Deo fidem servantes gauderent, pariter decollantur. E. sanctorum Felicis & Regulæ.

## C. PRID. IDUS SEPTEMB.

**A** pud urbem Ticinum, quæ & Papia dicitur, sanctorum confessorum Siri & Iventij, qui à B Hermagore Aquileiensis Episcopo, discipulo sancti Marci Evangelistæ, ad prefatam urbem diretti, primò illic Christi Evangelium prædicantes, & magnis virtutibus ac miraculis corroborantes, etiam vicinas urbes Veronensem scilicet & Brixenam, & Laudensem, divinis operibus illustrarunt: sicut in pontificali honore, fundata & confirmata fide credentium populorum gloriose sine quieverunt in pace. In Antiochia natale Timothei, Catenes S. Eupli. Lugduno depositio sacerdotis Episcopi. Augustoduno B. Eventi Episcopi.

## D. IDUS SEPTEMB.

**I**n Alexandria B. Philippi Episcopi & martyris, qui præfectus primus fuit: deinde baptismi gratia sanctificatus, Episcopatus dignitatem, suffragium ferentibus populis Christianis asequitur, & sub Volusiano & Gallieno Imperatoribus Perhemnius præfectus Alexandriae cogitavit eum occidere. Sed cum hoc implere non posset, propter populum Christianum, immisit quosdam, qui se fingenter Christianos. Quique ingredientes percuterunt

eum in oratione constitutum. Sedit autem in Episcopatu annum unum, mens tres. Et S. Amati presbyteri, & Abbatis monasterij S. Romarici, Turonis depositio B. Lictonis Episcopi.

## E. XVIII. CALEND. OCT.

**R** Omæ via Appia natale S. Cornelij Episcopi, sub persecutione Decij: cui primò os cum plumbatis est casum, & decollatus est cum alijs viginti uno promiscui exercitus, cum quibus & Cerealis miles cum Salustia uxore sua, quam Cornelius ab infirmitate sanavit orando. Beatus itaque Cornelius rogatus à beata Lucina, corpora Apostolorum beati Petri & Pauli de Catacumbris levavit nocte; primùm quidem corpus beati Pauli beata Lucina accepit, & posuit in prædio suo via Ostiensis, ad latus ubi decollatus fuit. Beati Petri vero corpus S. Cornelius accepit Episcopus, & posuit juxta locum ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum, in templo Apollinis in monte Aurelio Vaticani palatii Neroniani, territo Calend Julij. Item S. Cypriani Episcopi, qui sub Valeriano principe post longum exilium detruncatus capite martyrium consummatum, sexto millario à Carthagine juxta mare. Eodem die exaltatio sanctæ crucis. Treveris depositio S. Materni Episcopi & Confessoris.

## F. XVII. CALEND. OCT.

**N**atale S. Nicomedi martyris, quem Flaccus comes, eo quod corpus sanctæ virginis Feliculae, quam ipse pro Christo punierat, sepeliret, jussit duci ad sacrificandum. Quo renuente, plumbatis diuissime casus migravit ad Dominum. Cujus corpus in Tyberim jaevit, quod à clericis ipsius, nomine Julio, est collectum, & sepultum juxta muros via Numeniana Cabilonensi castro. Trenorius S. Valeriani martyris, sub præside Prisco, quem jussit suspandi, ac gravi ictu laceratione cruciari, ac deinde gladio percuti. Et natale sancti Apri Episcopi, & sancti Leobini confessoris. In Alexandria sanctorum Serapionis, Leontij. In Cyra Galatia sancti Eleuci, Valerij & Cyriacionis, Stratoni, Macrobij & Constantij. In Ancyra sancti Pauli Episcopi. Lugduno depositio Albini Episcopi, & oclavia natalis S. Mariae virginis.

## G. XVI. CALEN. OCT.

**N**atale S. Eusebii virginis, quæ martyrizata est sub Diocletiano Imperatore, pro consule aurem Prisco, in civitate Chalcedona. Quæ tormenta & carceres, verbera & argumenta rotarum, ignes & pondera lapidum angularium, bestias & plagas virgatum, ferris acutas & farragines ignitas viceb. In ultimo sancta virgo precibus obtinuit, ut una ex bestiis mortum sibi infigeret, & ita immaculatum spiritum Domino reddidit. Cujus corpus Philopronus pater eius, & Theodora mater eius curatum sepelierunt, quasi mille passus à civitate Chalcedona. Romæ sanctorum Lucie & Geminiani, Imperatore Diocletiano, judicibus Apofrasio & Megafiso. Mutilata autem B. Lucia in viduitate annos triginta sex: totius enim vita sua anni fuere septuaginta quinque. Quæ accusata à filio suo quod Christiana viveret, primò in carcere misera est, ubi confutationem divinam promovit: deinde fustibus diuissime cœla, & subito terra mortuus factus est magnus, & templum Jovis ita subruatum, ut nec lapis super lapidem remaneret. Tunc in ollam æreanam misera est, pie & plumbo ferventem, ubi triduo illæa permanebat. Postea plumbo & ferro onerata, & per plateas civitatis ducta. Quidam vir Geminianus videt sibi patre cœlum, & statim associatus est S. Lucia in carcere, & ibi mortiente Angelo, à presbitero, nomine Prothabo baptizatus. Deinde S. Lucia cum Geminiano Amegasio confulari astatati, novissime gladio animadversi sunt. Quorum corpora rapuit quædam mulier Christiana, nomine Maxima, & ut decuit, sepelivit.

## A. XV. CA.

## A. X V. C A L E N D . O C T .

**T**ungrensi dicēcē Leodio villa publica natale sancti Lamberti Episcopi. Qui dum regiam domum zelo religionis increpauerit, cū rediens orationi incumberet, ab iniquissimis viris de palatio regio missis ex improviso conclusus intra domum Ecclesia occiditur. Cujus sepulchrum creberimis miraculis illustratur. In Britannia Socratis Stephani. Novioducto sancti Valeriani, Macrini & Gordiani, Roma beati Justinī presbyteri, quem beatus Sixtus ordinavit. Hic beatos Laurentium, Hippolytum, & Concordiam, Irenāum, Abundium, & Cyriam filiam Decij Caesaris martyres, & alios plurimos sepulturis condidit. Item Roma sanctorum martyrum Narcissi & Crescentionis.

## B. X I V. C A L E N D . O C T .

**N**atale sancti Methodij, Olympii, Lucij, & postea Tyri Episcopi, qui sub Diocletiano in Chalcido Gracia martyrio coronatus est. Vienna sancti Ferreoli, qui persecutionis tempore, cū esset tribunitia potestatis, iussu praefuditentis primo crudelissime est cæsus, deinde gravi catenarum onus pondere, in teterimum carcerem trufis est: unde solitus Dei nutu, pofta ab insequentibus captus, martyri palmam capitis obturazione percepit: cuius corpus cum capite beati Juliani ad utrem Viennensem relatum, & condigno honore conditum est. Mediolani depositio B. Eustorgij Episcopi, & Saryri, Trophimi, Jociani.

## C. X I I I. C A L E N D . O C T .

**N**eapoli Campania natale sanctorum Januarij, Beneventanae civitatis Episcopi, cum Sofio diacono Melenate civitatis, & diacono suo Felio, & lectori suo Desiderio, qui post vincula & carcere capite sunt caeli in civitate Puteolana, sub Diocletiano principe, & judice Dracontio. Qui cum ducerentur ad mortem, viderunt inter alios, Proculum Puteolanum civitatis diaconum, & duo laici Eutyches & Achatius, interrogaverunt quare iusti iuberentur occidi. Quos judex ut videt Christianos, iussit decollari cum illis. Sic omnes sepe pariter sunt decollati, & tulerunt nocte eorum corpora populi Christianorum. Neapolitanum Januarium, posuerunt juxta civitatem in basilica, Melenates Sosium æquè in basilica, Puteolani Proculum, Eutychen & Achatium, iuxta basilicam sancti Stephani. Felium & Desiderium Beneventani collegere. In Palestina sanctorum Pelei & Nilli Episcoporum, qui persecutione Diocletiani cum plurimis clericis igne consumpti sunt pro Christo. Apud Nuceram sanctorum Felicis & Constantiae, qui sub Nerone patibū sunt, Lingonas Sigeni presbyteri, & Florentij Episcopi & martyris, & natale S. Eustochij.

## D. X I I. C A L E N D . O C T .

**N**Cyzico natale Fausta virginis, & Ejulasi sub Maximiano Imperatore, quam idem Ejulasi, cū esset primus palatij, iussit decalvari, & radi ad turpitudinem, deinceps suspendi ac torquei. Quo tempore coruscatio de cælis multos ministrorum percussit. Deinde iussit loculos afferri, & eam immillam ac fixam, quasi lignum fecari medium: sed non eam carnifices ferris lacerare valebant. Inter quæ stupens Ejulasi Christo credere coepit. Et hoc ubi Imperatori nunciatum est, misit prefectus, qui eum suspensum fortiter torqueret. Qui etiam iussit Faustum nudam, & sine maiestate flagellatum, incarcерatum, caput rebari, ac oculos infigi, cui postmodum non solum caput & facies, sed & peccus & totum corpus usque ad tibias clavis impletum est. Post hæc farginata iussit igniri, sed hæc psallente illa refringit. Hæc interveniens vox de cœlo vocavit eos, & sic trasiderunt spiritum. Erat autem

Fausta annorum tredecim, & Ejulasi octoginta. Et vigilia S. Matthæi Apostoli.

## E. X I. C A L E N D . O C T .

**N**atale sancti Matthæi Apostoli & Evangelista, qui primus in Iudea Evangelium Christi Hebreo sermone conscriptus. Post veio apud Aethiopiam prædictavit, & multis ad fidem convertit; missusque est spiculator ab Hiraco rege, qui eum gladio feriebat efficiens martyrem Christi: cuius Evangelium stylo scriptum Hebrewo, ipso revelante, tempore Imperatoris cuiusdam inventum est.

## F. X. C A L E N D . O C T .

**I**n Gallia civitate Ceduno, loco Agatino, natale sanctorum martyrum Thebeorum, Mauricij, Candidi, Exuperij, Victoris, Innocentij, Vitalis cum socijs suis, nempe lex millibus, sexcentis, & sexaginta sex, qui sub Maximiano passi, pro Christo gloriofissime coronati sunt. Victor vero martyr, nec legionis ejusdem fuit, neque miles, sed eremita jam militia veteranus. Hic cum iter a gens incidisset in hos, qui passim epulabantur lati martyrum spolijs, atque ab his ad condescendum invitat, prolatam ab exultantibus per ordinem caulam cognovis- set, detulatus convivas refugiebat. Qui mox ab eis captus & jugulatus est, ac ceteris martyribus honore conjunctus est. At vero beatissimum martyrum corpora post multos passionis annos, S. Theodojo Episcopo revelantur, & in honore eorum basilica honeste componuntur. Apud Katisponam B. Emmeram Episcopi & martyris, cui singulariter omnia membra abscissa sunt.

## G. I X. C A L E N D . O C T .

**N**atale S. Sofij diaconi Melenatae civitatis in Campania, qui cum esset annorum xxx, cum B. Januario Beneventano Episcopo capitis decollationem suscepit, tempore Diocletiani Imperatoris. Is cum quadam tempore Evangelium legere in Ecclesia Melenatae civitatis, præteate Episcopi Januario (frequenter enim eum pro sanctitate & prudentia eius vilitate confiteverat) visito subito idem Episcopus de capite ejus flammam exurgere, quam nemo alius vidit, & pronunciavit eum martyrem futurum: & non post multos dies idem diaconus tentus, & in carcere nullus est. Ad quem vilitandum cum venierit episcopus cum diacono Felio, & lectori suo Desiderio, & ipse cum eis simul tentus est, ac pariter omnes cum alijs tribus occisi sunt. Eodem die natale S. Tecla virginis, de civitate Iconio, à B. Paullo Apostolo instituta est: qua sub Nerone Imperatore pro Christi nomine igni est tradita, sed non exulta: postea bestiis atque serpentibus depurata, sed à nullo eorum est levata; ad extremum vero in Seleucia cum duplice corona virginitatis & martyrij per somnum pacis migravit ad Dominum. Secunda assumptio S. Mariae virginis.

## H. V I I I. C A L E N D . O C T .

**C**onceptio S. Joannis Baptistæ. Augustuduno natale Andochij presbyteri, Tyrifi diaconi, & Felicis, qui à sancto Polycarpo episcopo ab oriente diresti ad docendam Galiam, sub Aurelianō principe sunt gloriofissime coronati. Siquidem flagellis catib, in ultimo tota die inversis manib, suspensi, in ignem missi, sed non combusi, tandem vescibus colla feriuntur, atque ita martyrium suum compleverunt. Eodem die depositio solemnis episcopi. Hic cum quadam die obvium haberet hominem à nativitate cæcum & surdum, eum complexus collo, occlusus est, & statim sanum reddidit. Hic etiam Carnotensis episcopus, Ludovicum Regem cum trecentis septuaginta nobilibus facto fonte regeneravit: sive Dei sanctus tres olympiades gerens in episcopatu, migravit ad Domum.

minum.

minum. Romæ Priscillæ & Liberi Episcopi & Confessoris. Arvini depositio Rustici Episcopi, & S. Ruperti Confessoris.

## B. VII. C A L E N D. O C T.

**N**Atale B. Cleopæ, qui unus fuit de septuaginta discipulis Christi, cui post resurrectionem Dominus, euntem cum aliis condiscipulo in castellum Emmaus, quod Nicopolis nunc dicitur, apparuit. Quem tradunt in eadem urbe, in eademque domo, in qua mensam quasi peregrino Dominus paraverat, pro confessione illius, quem ibi ipse cognoverat, à Judæis occidit, & glorioſa memoria etiam sepulturam. Lugduno S. Lupi Episcopi, ex anachoretis, & natale S. Firminii martyris. In Asia Bardomiani, Eucarpi, & aliorum viginti sex.

## C. VI. C A L E N D. O C T.

**N**Atale sanctorum martyrum Cypriani Episcopi & Justinae virginis. Quorū Jutina sub Diocletiano multa propter Christum perpessa, ipsius quoque Cypriani cùm esset magus, & magicis artibus eam dementare conaretur, convertit ad Christum. Cum quo jam Episcopo & nobili doctore facto, martyrizata est sub Claudio principe, & judge Eutelio, & cum eis Theognitis quidam quorum corpora jacuerunt profecta foris sex diebus insepulta. Quidam autem nautæ Christiani nocte rapuerunt ea, & deportaverunt ad urbem Romanam, & matrona venerabilis Rufina reverenter excipiens illa sepelivit in praedium suo.

## D. V. C A L E N D. O C T.

**A** pudægiam civitatem, natale sanctorum martyrum Cosmae & Damiani, persecuzione Diocletiani, sub præfide Lysia, qui post multa tormenta, vincula & carcere tolerans, post mortem ignes, cruces, lapidationes & sagittas, capite plectruntum cum Anthimo, Leontio & Eupropio. Quorum corpora religiosi viri sepelierunt in loco venerabili, non longe à civitate Agæa. duorum autem fratrum Cosmae & Damiani memoria etiam templo præclaro opere, nomini eorum ad dicato solemniter agitur.

## E. IV. C A L. O C T.

**I**n Hispanijs Corduba civitate natale sanctorum Fausti, Januarij & Martialis, qui primum equulei pena cruciati, deinde rasis supercilij, & auribus ac naribus præcisis dentibus quoque superioribus evulsi, detupati, ad ultimum ignis passione martyrium consummavere. In Germania S. Liobæ virginis, quæ Britanniæ insula à S. Bonifacio Episcopo Moguntiacensis ecclesiæ advocata, ut famulas Dei in monasteriis Germaniæ divinis scripturis instrueret, ubi non solum multa miracula vivens fecit, immo post obitum in Buchonia tylva in monasterio Fulda, juxta decrem S. Bonifacii sepulta, non paucis miraculis claret. Eodem die passio S. Wenslai martyris. Roma natale Stertei. In Africa Marcialis, Laurentij, & aliorum viginti. Autisiodoro depositio S. Alodi Episcopi, & in Gallia Solonius Episcopi.

## F. III. C A L. O C T.

**I**n monte Gargano venerabilis memoria B. Archangeli Michaelis: ubi ipsius consecrata nomine habetur ecclesia, vili facta schemate, sed cœlesti prædicta virtute. Veritate siquidem montis excelsi posita, de corpore eiusdem faxi speluncæ ad instar præcavata ostenditur. Romano itaque Pontifice, & Sipontino Episcopo de consecratione loci ipsius quarentibus, ac propterea triduum jejunium cum civibus celebrantibus, nocte jejunij suprema S. Michael Episcopo Sipontino per visionem apparet monuit, ut intrarent ecclesiam, quam ipse dedicavit, & missas ibi

juxta morem agerent. Innumera quoque ibi præstantur beneficia, per sanctorum Archangelorum merita. In Thracia civitate Eracle, natale Eutici, Plati. Autisiodoro depositio Fraterni Episcopi.

## G. P R I D. C A L. O C T.

**I**n Bethleem Judææ depositio S. Hieronymi presbyteri, cuius vita & doctrina ubique in Ecclesijs Christi laudabilis extat, quomodo divinos libros ex Hebra lingua in Latinam transtulit, propheticosque sensu allegorico exposuit, tandem perfectam placitamq; Deo post conversationem, nonagessimo octavo ætatis sui anno, apud Bethleem in pace quiete, duodecimo Honorij Imperatoris anno, in Gallijs castro Solodoro sanctorum martyrum Victoris & Ursi, ex glorioſa legione Thebeorum, qui iussu Maximiani tyranni, ab Hirtaco executori, primò duris suppliciis excruciatæ, sed cœlesti lumine super eos coruscante, ruentibus in terram ministris erepti sunt. Deinde in ignem missi sunt, sed veniente mox pluvia vehementi extincta pyra, in nullo penitus sunt laci, novissime gladio consummati sunt.

## O C T O B E R H A B E T D I E S X X X.

Lunam XXVIII.

## A. C A L E N D. O C T O B.

**A** pud Autisiodorum natale S. Germani Episcopi & Confessoris, qui multis virtutibus & doctrina, continentia clausus extitit. Remis civitate S. Remigij Episcopi & Confessoris, viri præclarissima virtus & sanctitatis. Hic gentem Francorum idolorum culturis deditam convertit ad Christum. Rege ipsorum sacro fonte baptizatus, & sacramentis fidei prius initiato, septuaginta & eo amplius annos in Episcopatu explevit. Hic inter cetera facta, puellam à morte corporis suicidavit, Treveris S. Nicetij Episcopi & Confessoris, qui de utero matris sanctus fuit. Nam ab ipso ortus fui tempore mirabiliter clericus ordinatus est. Cum partu itaque fuisset effusus, toto capite, ut est confertudo naescientium, à capillis nudo egreditus est, in circuitu modicum ordine pilorum apparente. Adradis civitate beati Vedasti Episcopi & Confessoris, & Babonis Episcopi. Item S. Fronti Episcopi, cuius gesta miraculis plena conscripta habentur. Thomis civitate natale sanctorum Prisci, Crescentij & Evagi.

## B. VI. N O N. O C T.

**N**Atale S. Eusebii Papæ, qui sedit in Episcopatu annos septem, sepultus est via Appia, in cœmiterio Calisti. Sub hujus tempore inventa est crux Domini nostri Jesu Christi, quinta nonas Maij. Hic haëreticos invenit in urbe, quos ad manum impositionem reconciliavit. In territorio Attribateni, villa Syricinio passio S. Leodegarj Augustinianenfis Episcopi, quem varijs injurijs & diversis supplicijs pro veritate afflictum Hebrojnus major regis domus interfecit. Cujus sacratissimum corpus in diœcesi Piavæ rotum translatum, in monasterio B. Maxentij honorificè est humatum. In Nicomedia S. Eleutherij martyris, sub Diocletiano, qui per varia tormentorum genera exanimatus migravit ad Christum.

## C. V. N O N. O C T.

**N**Atale sancti Dionysij Areopagitæ, qui ab apostolo Paulo instruatus credidit Christo, & primus Athenis ab eodem apostolo Episcopus est ordinatus, & sub Adriano principe, post clarissimam confessionem fidei, post gravissima tormentorum genera glorioſo martyrio coronatur. Apud antiquos Saxones natale sanctorum duo-

rum Evaldorum presbyterorum, qui cum B. Willibaldo Episcopo venientes in Germaniam, transiere ad Saxones, & cum predicare ibi Christum cōfisiēt, comprehensū sunt à paganis & occisi. Ad quorum corpora noctū multa diu lux apparet, & ubi essent, & cuius essent meriti declaravit.

## D. IV. N O N . O C T .

**A** Pud Corinthum beatorum Crispi & Gaii, quos beatus Apostolus se dicit baptizasse, cuius Gaius meminit idem Apostolus ad Romanos, Salutat vos, inquit, Gaius hospes meus, & universa Ecclesia. Cuius B. Joannes epistolam scribens meminit ita, Senior Gaio carissimo, quem ego diligio in veritate. Apud Aegyptum sanctorum martyrum Marci & Martiani fratrum, & cum eis innumerabiles alij non inferiori gloria tam viri, quam feminæ, sed & pueri ac tenes, pro fide Domini nostri Jesu Christi, praesente vita p̄rvi penderit futura gloria beatitudinem quædivere: quidam ex ip̄s post verbera aliosque de verbi generis horribiles cruciatus, flammis traditi sunt, alij in mare precipitati, nonnulli inedia consumpti, alijs patibulis affixi, nonnulli etiam capite caspi, ita ut sponte cervices suas securibus darent. In quibus quidam more perverto capite dorsum prelio, & pedibus in sublimis sublati, beatissimum coronam passionis meruerunt. In Africa Audacti, Romæ Marcelli Papæ, & Antifiodoro depositio Marci presbyteri. Eodem die S. Franciscus confessoris.

## E. III. N O N . O C T .

**A** Pud Siciliam natale sanctorum Placidi, Eutychij & aliorum triginta. In Gallia civitate Valentia, natale S. Apollinaris Episcopi, cuius vita & virtutibus insignis fuit, & mors nihilominus signis & prodigijs decoratus. Apud Eumeniam B. Praesep Episcopi, apud Smyrinam martyrio consummati, qui unus ex antiquis quasi ex traditione priorum se accepisse afferuit. Salvatorem præcepisse Apostolis suis, ut infra duodecimum annum ab Hierosolymis non discederent. Antifiodoro depositio sanctorum Germanorum, & Firmati diaconi, & Flavina virginis Deo lacrata.

## F. P R I D . N O N . O C T .

**A** Pud Capuam natale sanctorum Marcelli, Casti, Æmiliaj, Saturnini. In Gallijs civitate Agavino natale Fidei virginis & martyris, cuius exemplo B. Caprasius ad agonem martyrij animatus est. Eodem die B. Sagatis martyris & Episcopi Laodicensis, qui unus fuit de antiquis Pauli Apostoli discipulis. Depositio Romani Autifiodorenus Episcopi. Eodem die octava S. Michaelis Archangeli.

## G. N O N . O C T .

**R** Om̄a via Appia natale S. Marci Episcopi & Confessoris, qui sedet in Episcopatu annos duos, menses novem, dies virginis, qui etiam sepultus est in cœmiterio Balbinæ via Ardeatina. Item sanctorum martyrum Sergij & Bachii, qui sub Maximiano pro Christi nomine passi sunt. Nam Sergius primicerius erat scholæ gentilium, amicus Imperatoris, B. vero Bachus tecundicerius erat ejusdem scholæ. Hi enim ab Antiocho duce pro Christi nomine iustus Maximianus Imperatoris passi sunt, ita ut Bacchus dum extensus crucis flagellis caderetur, emitteret spiritum: Sergius vero post multa tormenta gladio casus est, & sic migravit ad Dominum. Item SS. martyrum Marcelli & Apulei, qui guidem primo adhaerentes Simoni mago, sed videntes mirabilia, quæ Dominus operabatur per Apostolum suum Petrum, relicto Simone doctrinæ Apostolicæ ferradiderunt, & post martyrium Apostolorum sub Aureliano consulari martyrij coronam compleverunt, sepulti non longè ab urbe Roma.

## A. VIII. IDUS OCT.

**N** Atale B. Simeonis, qui Dominum nostrum Jesum Christum presentavit in templum. Item naele sancta Reparata virginis, quæ passa est in Cesarea iude Palæstinæ, sub Decio præside. Hæc cum nollet idols sacrificare, primùm adhibita est illi olla plumbea servante impleta, postea abscisæ sunt illi mammæ, & lamades ardentes adhibita, deinde in caminum ignis missæst. Quæcum in nullo ibi tñllæ lñsa, decollata est, & continuo de collo ejus exivit columba alba. Cujus corpus ipsu erunt Christiani, & conditum aromatisbus sepelierunt. Apud Cretam urbem Cortine B. Philippi Episcopi. Tessalonica sanctorum Demetrii & Pelagia. Eodem die S. Amoris Confessoris.

## B. VII. IDUS OCT.

**A** Braha Patriarchæ. Apud Parism natale sanctorum martyrum Dionysij Episcopi, Eleutherij presbyteri, & Rustici diaconi. Qui beatus Episcopus à Pontifice Clemente Romano in Gallias directus, ut prædicationis operam populus à fide Christi alienis exhiberet, tandemque ad Parisiorum civitatem evenit, & per annos aliquot sanctum opus fideliter & ardenter executus, à præfecto Feccennio Slinio comprehensus est, & cum eo sanctus presbyter Eleutherius, & Rusticus diaconus gladio animadversi martyrium compleverunt. Item S. Donini, qui sub Maximiano Imperatore propter fidem Christi decollatus est.

## C. VI. IDUS OCT.

**L** Oth Prophæta. Apud Coloniæ Agrippinam natale sanctorum martyrum, Geronis cum alijs trecentis decim & octo, quos ferunt Thebaeos fuisse: & cum legione illa B. Mauritij, iustus Maximianus Imperatoris in Gallias transitum fecisse, atque circa Rheni litora confeditile, & funestum tyranni imperium repulsum pro vera pietate colla patiente gladio subdidile. Apud Cretam B. Pinti Episcopi. In Britannia B. Paulini Episcopi Eboraici, qui gentem Nordanhbororum, eam videlicet nationem Anglorum, quæ ad aquilonem Humberi fluminis habebat, cum rege suo Hedwino prædicando verbum fidei convertit ad Dominum.

## D. V. IDUS OCT.

**A** Pud Tharsum metropolim Cilicia natale sanctorum martyrum Tharaci, Probi & Andronici, qui persecutione Diocletiani, & Maximiano præside longo tempore carcerali squalore afflitti sunt, & tertio diversis supplicijs examinati. Nam nervis crudeliter caspi, & testis asperrimis deficiati, etiam papyro ardentè circa ventrem & latera adstuti, post mamillarum confrictionem, post tormenta tibiarum, post aceti & finapis infusionem, post obolos ignitos, post confixionem digitorum, clavis acutissimis, post oculorum transpunctionem, ac lingue abficiacionem, novissimè in amphitheatro ursis & leonibus projecti sunt. Sed cum nulla ex bestijs sanctorum corpora auderet attingere, Maximianus ius successus iustitie eos gladio jugulari, & corpora eorum inter corpora gladiatorum projici. Noctu venientes fideles, & deprecantes Dominum, ut ostenderet eis sanctorum reliquias, viderunt subito velut stellam splendidam de celo missam super singula sanctorum corpora residem, siisque cum ingenti gaudio rapientes ea præcedente se ejusdem stellæ splendore gloriosos Christi athletas loco aptissimo condiderunt.

## E. IV. IDUS OCT.

**A** Pud Ravennam via Laurentiana natale sancti Hediasti. Apud Africam sanctorum confessorum & martyrum quatuor milium nongentorum septuaginta lex, qui

perse-

persecutione Vandala, cùm essent ecclesiarum Dei Episcopi, presbyteri, diaconi, associatis sibi turbis fidelium populorum, iussu Hunerici regis Arriani, pro defensione catholicæ veritatis in horribili cremi exilium trus, & inter Mauros ferocissimos sunt deputari. Inter quos erant Cyprianus & Felix præcipui Domini sacerdotes. Equibus plurimi cùm crudeliter ducerentur, & hastilium cuspidibus ad currentem, ac lapidibus sibi aligatis dum tunderentur, sive ligatis pedibus velut cadavera per dura & aspera loca traherentur, tam diro supplicio per singula membra discripsi, per gladios acutos petrarum. Huic capitoloris cerebrabatur, alij latera sindebantur, inter manus trahentium spiritum exhalabant. Exar per totum aggerem publicum loquentibus tumulis sepultura sanctorum. In Syria Eustati presbyteri, & Eucharisti, Burri, Donati, Fortunata.

## F. III. IDUS OCT.

**N**atale S. Carpi, discipuli Apostoli Pauli. Apud Troadam Antiochia Theophilus, qui sextus ab Apostolis Ecclesia pontificium tenuit, viri eruditissimi. In Hispanijs natale Faustini, Marci & Adrie. In Chalcedonia Martelli. In Alexandria natale S. Anafasii Episcopi, & S. Lupentij presbyteri, & S. Geraldi Confessoris.

## G. PRID. IDUS OCT.

**N**atale S. Calisti Papæ, qui sedit in Episcopatu annos septem, mensis duos, dies decem. Hic constituit jejunium die fabbricar in anno fieri, frumenti, vini, & olei, secundum prophetiam. Qui persecutione Alexandri Imperatoris diutius fæme in carcere cruciatus, & quotidie fustibus casus, per visionem a presbitero suo Calepodio, qui ante a martyrium consummaverat, confortatus est, qui in carcere eodem positus quendam militem nomine Privatum, ab ulcerum dolore ac fæditate limul, & ab infidelitate curavit. Quod audiens Alexander, ipsum quidem militem fecit plumbatis deficer, beatum vero Calistum per fenestræ domus præcipitari, & ligato ad colum ejus lasso in puteum demergi, & in eum per ruderum cumulari. Post verò dies quatuordecim presbiterus Asterius, cum clericis noctu veniens levavit corpus, & sepelivit in cemetery Calepodij. Corduba civitate S. Lupi Aurelii. Lugduno Gallia transitus S. Justi in eremo. Eodem die translatio S. Burchardi Episcopi & Confessoris.

## A. IDUS OCT.

**I**n Gallia apud Coloniam Agrippinam sanctorum Maurorum de militibus, qui ex illa legione sacra Thebeorum cùm essent trecenti quadraginta, apud eandem urbem martyrium consummatæ, conditi sunt in basilica, qua admirabilis opere ex Musivo quadammodo deaurata resplendet. Unde & incolez ad Sanctos auros vocitare conseruent. Venerabuntur sanctorum Episcoporum Agrati, Costori. In Capua Libuli, & S. Fortunata.

## B. XVII. CAL. NOVEMB.

**D**epositio S. Galli Confessoris, cuius vita plena virtutibus conscripta habetur. Apud Lugdunum B. Antiochi Episcopi. Apud Viennam S. Theodati Episcopi, item Heronis, qui post B. Ignatium Antiochenam rexit ecclesiam. Erat enim hic beati martyr Ignatii diaconus: qui Episcopus factus, viam magistri prius imitator sequitur, & pro commendato grege amator Christi occubuit. In Gallijs civitate Araufica, S. Florentij Episcopi, qui multis claris virtutibus in pace quievit. In Nicomedia A. Alexandri In Mauritania, Nini, Vicotori, Nobilitani, Maria, Lucij, Mittini & Crescentiani, & S. Eliphij martyris.

## C. XVI. CAL. NOVEMB.

**I**n Africa sanctorum martyrum ducentorum septuaginta pariter coronatorum: & sanctorum martyrum Marianian & Satyriani, cum duobus fratribus eorum, & egregia Christi ancilla Maxima virginis, qui tempore Vandalicæ persecutions sub Genericcho rege Ariano, pro constantia fidei catholicæ primis nodosis fustibus casi, & usque ad ossa lanati. Cumque multo tempore talia patuerentur, sequenti semper die incolumes inveniebantur. Novissimè ligatis pedibus post terga currentium quadrigatum, inter spinola loca sylvarum pariter iussi sunt interire. Cumque ducta atque reducta à dumefis lignorum aculeis innocentium corpora carperentur, è vicino cursentibus indomitis, vale sibi in vicem his verbis dicebant: Frater ora pro me, implavit Deus desiderium nostrum, taliter pervenitur ad regnum celorum. Sicque orando & psallendo gaudientibus Angelis pias animas emiserunt. Item B. Aristonis, qui unus fuit de septuaginta Christi discipulis.

## D. XV. CAL. NOVEMB.

**N**atale S. Luca Evangelista, qui fuit natione Syrus, Antiochenus, arte medicus, Apolloniorum discipulus. Paulum secutus usque ad confessionem ejus, serviens Dominum sine crimine, neque unquam uxorem habens neque filios, septuaginta & trium annorum obiit in Bithynia plenus Spiritu sancto. Sepultus est autem nunc Constantinopolim, ad quam ubem vicefem Constatinum anno ossa ejus cum reliquijs Andreae Apostoli translata sunt. Roma S. Triponius, uxoris Decij Caesaris: quia viro suo post interfectionem beatorum Sixti, Laurentij & Hippolyti divinitus punito le petit baptizari cum filia Decij Cyilla, à Justino presbitero, & alia die defuncta est, & juxta S. Hippolytum in crypta sepulta. Item S. Asclepiadis Antiocheni Episcopi.

## E. XIV. CAL. NOVEMB.

**A** pud Antiochenam Syriæ, natale sanctorum Beronicæ & Pelagia, quæ primæ fuit sub gentilicitatis ritu meretrici officio functa, & mundanis illecebris dedita, postea vero per gratiam Dei, & S. Nonni Episcopi dogmata ad fidem Christi conversa, & ab eodem Episcopo baptizata, totam substantiam suam & uipellestile pauperibus erogavit: ipsaq; cilicio induita, & vili indumento vestita, in peregrinationem perfexit, & in Hierusalem sub virili habitu monasticam vitam duxit. Construxerat enim sibi parvam cellulam in monte Oliveri, ubi Dominus celum ascendit, & ibi vitam præsentem finivit, atque ad vitam aeternam feliciter migravit. Item beatorum martyrum Prolemæti & Lucij, sub Antonino Pio, & filio ejus palforum: & S. Aquilini Episcopi & Confessoris.

## F. XIII. CAL. NOVEMB.

**I**n Gallijs civitate Agauno S. Caprasi martyris: qui cum rabiem persecutionis declinans lateret in speluncæ, audiens beatam virginem fidem pro Christo fortiter agonizare, animatus ad tolerantiam passionum, oravit ad Dominum, ut si pro certo eum dignum gloria martyrij judicaret, ex lapide speluncæ illius aqua limpidae emanaret. Quod cum Dominus continuo praestitisset, ille securus ad aream certaminis properavit & palmam martyrij fortiter dimicando promeruit. Item natale Simplicij.

## G. XII. CALEND. NOVEMB.

**A** pud Nicomediam natale sanctorum martyrum Daj, Zotic, Gaj, cum duodecim militibus. Eodem die sancti patri nostri Hilarionis, cuius vitam Hieronymus virtutibus plenam conscripsit. Item natale sancti Asterij presbiteri, Calisti Papæ. Qui cum corpus ejus levatum

de puto sepius est, post dies sex audiens hoc Alexander Imperator, præcepit eum per pontem præcipitari, Cuius corpus inventum est, & à quibusdam Christianis in eadem civitate sepultum. Scriptum est in passione S. Calisti. & transitus S. Viatoris lectoris. In Colonia sanctorum virginum undecim millium.

## A. XI. C A L . N O V E M B .

**H**ierosolymis B. Marci, qui primus Hierosolymis ex gentibus post Episcopos ex circumcisione sacerdotium civitatis illius accepit, clarissimi & doctissimi viri, ac non multo post martyrio consummati. Item B. Salomae quia in Evangelio legitur cum reliquis sanctis feminis circa Domini sepulturam sollicita. Apud Hadrianopolim Thracie passio sanctorum Philippi Episcopi, Severi presbyteri, atque Hermetis diaconi, & Euzebii, qui persecutione saeviente Christianorum, ecclesias claudere & spoliare, iussu Imperatoris Juliani, per iniquos praesides tradiebant, & ob hoc per Bassum praefidem, necnon & Justinum multis tormentis afficiebant, h.e. carceribus, vinculis, flagellis, ad ultimum vero flammam incendio: sed Domini virtute roborati, usque in finem in confessione nominis ejus perseveraverunt.

## B. X. C A L E N . N O V E M B .

**A** pud Antiochiam Syria natale S. Theodori presbyteri, qui persecutione impii Juliani sub praefecto & avunculo ejus Juliano, cum ab eo Antiochenorum ecclesia spoliata, & religiosi quique fuisse ejus terrore dispersi, in ecclesia permanuit intrepidus, atque ab eo teneri iussus: post equulei poenam, & multos ac durissimos cruciatus, etiam lampades circa ejus latera apposita sunt. Sed his divina virtute restinxerunt, cum milites qui eas tenebant, Angelorum asperatu territi fuisse in faciem, & credentes in Christo impium ministerium recularunt, iussi eos Julianus pelago immergi. Quibus B. Theodorus ait: Prædicti fratres, ego vero superans inimicum, sequar Dominum. Sicque occidente gladij martyrium consummavit. In Hispania natale SS. Servandi & Germani, qui post verbera squalorem carceris, & tamis ac fistis injuriam, & longissimi itineris, quem jubente Viatore praefide ferro onuit pertulerunt laborem, novissime martyris sui cursum ferro caesi cervicibus impleverunt. Colonia S. Severini Archiepiscopi & Confessoris, Vienna S. Joditii Episcopi, Item S. Venantii Abbatis.

## C. IX. C A L . N O V E M B .

**I**n Venusia civitate Apulia natale sanctorum Felicis Episcopi civitatis Tubrocentis, Audacti & Januarii presbyterorum, & Fortuniani & Sepimi lectorum, qui temporibus Diocletiani in sua civitate Tyci, a Magnelliano procuratore multis diu vinculis & carceribus macerati, & in Africa & in Sicilia, tandem in occidente gladij consummati sunt. Sunt autem honorificè sepulcra traditi inter Carthaginem & Uticam. In Nicomedia natale Severi & Dorothei.

## D. VIII. C A L . N O V E M B .

**B**onifacij Papæ, qui sedit Romæ annos tres. Hic sepultus est via Salaria, juxta corpus S. Felicitatis. Hic constituit servum clericum non fieri, nec obnoxium curia, vel cuiuslibet rei. In Gallia civitate Suesfonsis, natale sanctorum Crispini & Crispinianii: qui persecutione Diocletiani & Maximiani ad trochlearum extenterunt & fusibus cassi, postquam digiti eorum subulis transfixi sunt, & de dorso eorum lora præcisa, ad ultimum gladio trucidati, coronam martyrij adepti sunt. Petragoris civitate natale S. Frontonis, qui Roma à B. Petro Episcopus ordinatus, cum Georgio presbytero ad prædicandum Evangelium misitus est. Cùmque territo die itineris idem Georgius fuisse est.

mortuus, mærens Fronto reversus est ad Apostolum, acceptoque ejus baculo, & super corpus defuncti posito, fiducium de morte recepit: siquead prædictam civitatem veniens, magnam gentis illius multitudinem convertit ad Christum, & multis clarus virtutibus in pace quievit. Romæ via Salaria natale quadragesima sex militum, qui simul baptizati sunt à B. Dionysio Papa, & mox jubente Claudio Imperatore decollati sunt.

## E. VII. C A L . N O V E M B .

**A** pud Africam natale sanctorum martyrum, Rogatiani presbyteri, & Felicissimi, qui persecutione Decij & Valeriani illustris martyrio sunt coronati. Scribit beatus Cyprianus in epistola ad confessores, his verbis: Ut sequimini, inquit, in omnibus Rogatianum presbyterum gloriosum senem, viam vobis ad gloriam nostri temporis religiosa virtute, & divina dignatione facientem: qui cum Felicissimo fratre nostro quieto semper & tobrio excipiens ferocius populi impetum, primum hospitium vobis in carcere preparavit, & merator quodammodo veter, nunc quoque vos antecedit. In Nicomedia natale Luciani & Filiorum Heraclidae & Marialis. Eodem die S. Antonii Confessoris.

## F. VI. C A L . N O V E M B .

**I**n Hispania Abula civitate, natale sanctorum Vincentij, Sabinæ & Crisostomi, qui primo adeo in equuleo sunt extenti, ut omnes compages membrorum eorum laxantur: deinde capita eorum lapidibus supposita, & usque ad excusum cerebri validis sunt vestibus contusa, atque ita martyrium compleverunt, agere praefide Datiano. Apud Thylæ castrum, natale S. Florentij martyris. Romæ Evaristij Papæ, qui sedit annos novem, sub Trajano martyrio coronatur, sepultus est in Vaticano. Hic constituit duos in urbe presbyteros, & septem ordinavit diaconos, qui custodiens Episcopum prædicantem. Et vigilia Apostolorum Simonis & Judæ.

## G. V. C A L . N O V E M B .

**N**atale sanctorum Apostolorum, Simonis Chananaei, qui & zelotes scribunt, & Thaddæi, qui etiam Judas Jacobi legitur, & alibi appellatur Lebbæus, quod interpretatur corcucus. E quibus Thaddæus apud Memphisiam, Simon vero apud Ægyptum traditur prædicare; inde simul Peridam ingressi, cum fidei innumeram gentis illius multitudinem subdidissent, & ecclesiam Deitate iam fundatam viderent, martyrium ibi cusu temporis expletentes, beato certamine consummaverunt, honorifice sepulti à populo Christiani, quos Domino ipsi genuerant. Romæ S. Cyrilli, filia Decij Cataris, qui à Claudio principe jugulata est gladio, & sepulta à Juliano presbitero, cum matre sua, iuxta sanctum Hippolytum. Item S. Fidelis martyris.

## A. IV. C A L . N O V E M B .

**N**atale S. Narcissi Hierosolymorum Episcopi, viri sanctitate & patientia, ac fidelitatem laudabilis. Accidit aliquando in die solenni vigiliatum Patchæ oleum deesse luminaribus: tum præcepit repente naturam aquæ in oleum verti. Qui centum & sedecim annorum migravit ad Dominum. Apud Sidonem urbem S. Zenobij presbyteri, qui persecutione Diocletiani martyrio coronatur. Vienna depositio B. Theodori Abbatis. In Lucania sanctorum Iacinti, Quintini, Felicianæ, Lucinij. Eodem die S. Felicis diaconi & martyris.

## B. III. C A L . N O V E M B .

**R**oma natale S. Pontiani Papæ & martyris, qui ab Alexandro Imperatore cum Hippolyto presbytero

in exi-

in exilium deputatus est in Sardiniam insulam, ubi est defunctus. Civitatem Tingitina passio S. Marcelli centurionis, qui capitis abscissione martyrum consummavit, sub Agricolano agente vices praeforum praetorio. Apud Africam martyres numero ducentorum viginti. In Antiochia B. Serapionis Episcopi.

## C. PRID. CALEND. NOVEMB.

**R**OMÆ B. Nemesij diaconi, & Lucillæ filia ejus: quos sanctus Pontifex Stephanus baptizavit, qui ipsum Nemesium diaconum constituit. Qui decollatione quidem capitis martyrum complevit, simul cum filia, sub Valeriano & Gallieno, octava calendas Septembri sejus que corpus a B. Stephano Papa in eodem loco sepultum: sed a beato Sixto pontifice postea levatum, pridie Calend. Novemb., & in crypta venerabiliter curatum. In Gallia oppido Viromandensi natale sancti Quintini, qui sub Maximiano Imperatore passus est, & post annos quinquaginta quinque inventum est, revelante corpus ejus angelo, & sepulchrum octava Calendis Julii. Et vigilia omnium sanctorum. Eodem die S. Wolfgangi Episcopi & Confessoris.

NOVEMBER HABET DIES XXX.  
Lunam XXX.

## D. CAL. NOVEMB.

**S**ESTIVITAS omnium Sanctorum. Pente namque Papa Bonifacio, jussit Placidas Imperator in veteri fano, quod Pantheon vocabatur, & à Domitiano prius factum erat, ablatis idolatria foribus ecclesiam B. semper virginis Maria, & omnium fieri martyrum: ut ubi quondam omnium non deorū, sed dæmonum cultus agebatur, ibi deinceps omnium fieret memoria Sanctorum: quæ ab illo tempore in Calendis Novemb., in urbe Roma celebris & generalis agitur: sed in Gallijs monente sancte recordationis Gregorio Pontifice, piissimus Ludovicus Imperator omnibus regni sui & imperij Episcopis consentientibus, statutæ, ut solenniter festivitas omnium Sanctorum in prefata die annuatim perpetuè geretur. Quam sanctam constitutionem reverenti animo suscepit omnis ecclæsia. In castro Divione natale S. Benigni presbyteri, qui cum Antiocho compresbytero, & Tyro diacono missus est à S. Polycarpo ab Oriente in Galliam: ejus prædicatione comes Terentius comperta vinclum eum & cæsum ad se adduci præcepit: & rursum audita sermonum ejus constituta, nervis durissimis cædi fecit. Post hæc ad trochlearis extensus & cæsus, & rursum carceri mancipatus, manè idola orando defruxit, & reductus est in carcerem: cui subulas dece[m] calentes in manibus fixerunt, & cum plumbi remissi pedes in lapide perforato fixerunt, & cæsi duodecim ferociæ insuluerunt cum eo per sex dies. Et angelus attulit panem coelestem ei, subulas abstulit, & eum de plumbi ac ferro eripuit. Post hoc collum ejus verte ferre tundi præcepit, & corpus ejus lancea perforari. Quo facto columba nivea de carcere Christianis apicentibus ad celos ascendit, & odor suauissimus quasi de paradi[o] fecitus est. Venit autem B. Leonilla, & conditum aromatis corpus non longe ab ipso carcere sepelivit. Item sanctorum Cæsarij diaconi, & Juliani presbyteri: qui videlicet Cæsarius tempore Claudij veniens ex Africa ad Terracinam Campania civitatem, dum contra idololatras proclamaret, in publico tenuis est à Firmino pontifice, & in custodiā reclusus: ubi diebus multis maceratus, deinde traditus est Leontio confulari Campaniæ: quem illi cum verbis superare nequeret, jussit vinculum ante carpentum suum ducere ligatis manibus nudum usque ad templum Apollinis. Quo cùm pervenisset, adora-

tionem ejus corruit templum, & occidit pontificem Firmum. Post hoc reclusus à Luxurio in carcere primò civitatis, fuit ibi annum unum & mensē: deinde eductus in forum ab eo, dum oraret, cœlesti est lumine circumdatu[s], ita ut ipse Leontius crederet, & Cæsarium qui erat nudus, sua chlamyde indueret, & baptizaretur, ac corpus & sanguinem Domini acciperet de manu Juliani presbyteri. Nec mora, dicta super eum oratione, tradidit spiritum, tertia Calendas Novemb. Tunc Luxurius jussit Julianum & Cæsarium miti in sarcum, & precipitari in mare. Qui eodem die reiecti sunt ad litus, & sepulti ab Eusebio homine Dei, iuxta urbem Terracinam, & idem Eusebius poleta martyrum passus est cum Felice presbtero. Et depositio S. Severini monachi de Tyburtina civitate, & S. Mariæ martyris.

## E. IV. NON. NOVEMB.

**N**atale S. Victorini Pictavensis Episcopi, qui persecuzione Diocletiani martyrio coronatus est. Apud Ladinianum B. Theodoti Episcopi, viri non solum verbis, sed & rebus & virtutibus ornati. Hic arte medicus fuit quidem, sed ad animarum à Domino translatus est medicinam, verè incomparabilis, quoniam per omnes penè homines fide, misericordia, studio, vigilancia, atque omnibus optimis institutionibus claruit. In scripturis quoque divinis laboribus quamplurimum gessit, quievit, sepultus in letectu bona. Item S. Ambroxi Abbatis monasteri Aganensis. Vienna S. Georgij ejusdem urbis Episcopi. In Africa sanctorum Publji, Victoris, Hermetis, Justi & Papia.

## F. III. NON. NOVEMB.

**N**atale S. Quarti Apostolorum discipuli. Apud Cæsaream Cappadocia natale sanctorum martyrum Germani, Theophili, Cæsarij & Vitalis, qui optimè duxerunt martyrium sub Deciana persecutione. Vienna S. Domini Episcopi glorioli. Eodem die depositio S. Pirminij Episcopi & Confessoris, & S. Hugberti Episcopi & Confessoris.

## G. PRID. NON. NOVEMB.

**A** pud Alexandriam B. Hierij presbyteri, viri acris in agenij. In Galia civitate Redonis natale S. Ananrij Episcopi & Confessoris, cuius vita laudata & miraculis exicit gloria Augustinus B. Proculi Episcopi. In Gallijs Bituricæ depositio B. Illutoris pueri & Confessoris. In Africa natale Primi, Cæsaris, Gregorij, Porphyrij, Amanitis, Saturnini, Victorini.

## A. NON. NOVEMB.

**Z**acharia Prophetæ patris Joannis Baptista. In Terracina Campaniæ civitate natale sanctorum Felicis presbyteri, & Eusebij monachi, temporibus Claudij Imperatoris. Qui videlicet Eusebius cum sepelisse sanctos martyres Julianum & Cæsarium, & ad sepulchra eorum orans multos converteret ad fidem, quos Felix presbyter baptizavit, tertii sunt ambo à Leontio, filio Leontij consularis, ob eam maximè causam, quia Cæsarius patrem ejus Christianum fecillerit, & ad forum ejus duci non sunt superati: inde carcere inclusi, nocte eadem cum sacrificare nollent, decollati sunt, atque in flumen jactati. Quorum corpora venerantur usque ad mare, & reliqua sunt ad litus, atque à presbtero quodam, nomine Quarto de Capua inventa: qui ea mox impolita vehiculo duxit in calam suam, & curiosè querens etiam capita invenit, adjunctaque corporibus sepelivit juxta S. Cæsarium.

## B. VIII. IDUS NOVEMB.

**T**umissa Africa natale sancti Felicis. In hujus solennitate quendam Psalmum beatus Augustinus vide-

tur exponere ad populum ita dicens : Felix martyris verè felix, & nomine & corona, cuius hodie diei est festivitas. In oriente civitate Theopoli sanctorum decem martyrum, qui sub Saracenis passi leguntur in gellis sanctorum quadraginta. In civitate Lemovicensi, in provincia Aquitanie S. Leonardi Confessoris, discipuli S. Remigij Episcopi.

## C. VII. IDUS NOVEMB.

**A** pud Alexandriam B. Achillea Episcopi, eruditione, fide, conversatione & moribus insignis. Item apud Perusinam Italiam urbem sancti Herculani Episcopi, & sancti Amaranti, qui apud Albiensem urbem martyrizatus est. Depositio Willibordi Episcopi, de gente Anglorum, viri sanctissimi, & miraculorum gratia admodum insignis: qui à Sergio Papa Roma ordinatus est, & in Germaniam ad praedicandum destinatus, ibidemque requievit. Item sancti Rufi Metensis Episcopi & Confessoris, qui translatus est à praedicta urbe, consenteiente Dragone præfule, in Vormatiensem pagum, in villam quæ vocatur Oternheim, temporibus Lotharii Imperatoris, & Ludovici regis: ubi etiam sanctitas ejus multis virtutibus claruit. In Africa natale Rogati, Donati.

## D. VI. IDUS NOVEMB.

**R** omæ natale sanctorum martyrum, Claudi, Nicostrati, Simphoriani, Castrorij & Simplicij, qui tempore Diocletiani Augusti pro Christi nomine passi sunt, eò quod nollent deos paganorum colere. Nam cum essent insignes artifices, & in lapidibus marmoreis imagines sculpere super omnes artifices regos noscent, & artis eorum peritiae multum Imperatori placuerat, tamen accusantibus eos Philophoros, eo quod falsos deos adorare renuerant, jussit eos Diocletianus loculis plumbeis inclusos omnes precipitare in fluvium. Pausus est autem cum eis & Simpliciis, quem à gentilitatis ritu converterunt ad fidem Christi. Post dies autem quadraginta duos, venit quidam Nicodemus Christianus, & levavit cum ipsis loculis corpora martyrum, & in domo suo honorifice posuit. Pausi sunt autem sexta Idus Novembbris. Ipso die natale sanctorum quatuor coronatorum: i.e. Severi, Severiani, Carpophori & Victorini. Hi cum impellerentur ad sacrificandum, reluctancee: nec omnino consenserunt impisi prebeatibus, perficerunt in fide. Nunciatum est hoc Imperatori Diocletiano: quos illicet jussit, ut ante simulachrum Asclepij i statibus plumbatarum casi deficerent: quorum corpora jussit in platea jastrari, quæ jacuerunt ibi diebus quinque illæsta. Tunc Christiani venerantur, & collecta corpora sepelierunt. Via Lavicana, miliario ab urbe tertio, in arenario, juxta corpora sanctorum martyrum Claudi, Nicostrati, Simphoriani, Castrorij & Simplicij. Post duos tamen annos passionis horum quinque martyrum, cum nomina eorum minime reperirentur, statuit B. Melchiades Episcopus, ut anniversarius quatuor coronatorum dies sub nominibus sanctorum quinque martyrum recolereetur. Intercurrentibus tamen annis, cuidam sancto viro etiam nomina eorum revelata sunt. Festivitas vero, ut fuerat statuta, celebris in aliorum martyrum festivitate permanxit, ac locus quatuor coronatorum nomine insignis. Eodem die commemoratione omnium Sanctorum.

## E. V. IDUS NOVEMB.

**N**atale beati Theodori martyris, tempore Maximiani & Maximini Imperatorum. Qui cum esset miles sub Brycha præposito legionis, missus est in carcerem, signatoque ostio ibi divina visitatione consolatur. Post aliquot dies adductus iterum ante præsidem, suspensus est in ligno, & unctionis ferreis latera ejus rasa, quoque costa eius nudarentur: deinde manibus post tergum ligatis in focum missus est, & circumspiciens vidit in turba lachrymantem Cleonicum, qui cum eo tyro adductus fuerat,

& exclamans dixit: Cleonice expecto te, festina & sequere me. Et cum jam flaminarum globis undique vallartur beatus martyr, orationem fudit, laudans Patrem, & Filium ac Spiritum sanctum, sicque sanctam animam Christo reddidit. Quædam autem mulier Eusebia nomine, collegit corpus ejus, & sindone munda involvens, transfluit in possessionem suam, in locum appellatum Eu-chata. Apud Bituricas S. Ursicini, qui Romæ ordinatus à successoribus Apostolorum, primus ipsis urbi destinatur Episcopus.

## F. IV. IDUS NOVEMB.

**I**n territorio Agatensi natale sanctorum martyrum Tyberii, Modesti & Florentiæ, qui tempore Diocletiani varijs tormentis cruciati martyrium compleverunt. Eodem die sancti Martini Papæ, qui ob fidem Catholicam ab Imperatore Constantio heretico, per Theodorum archum de ecclesia raptus, ac productus Constantiopolim, relegatus apud Chersonam Lyciae provinciam, ibidemque vitam finivit, multis in eodem loco virtutum signis usque hodie resurgens. Romæ depositio S. Leonis Episcopi. In Antiochia natale Demetrij Episcopi, Amnefi, Eu-stochij, & sociorum ejus. Aurelianus depositio B. Monitoris Episcopi.

## G. III. IDUS NOVEMB.

**I**n Gallia Turonis civitate natale sancti Martini Episcopi & Confessoris, cuius vita & doctrina per miracula, quæ Dominus per eum fecit, penit omnibus fidelibus claret: nec necesse est à nobis hic aliquid exinde commemorari, quia ipsius vitam, virtutes & signa Sulpitius manifeste luculento sermonे descripsit: necnon & Gregorius ejusdem urbis Episcopus in miraculorum libris plenissimè differunt. In Scythia metropoli Phrygia passio sancti Menas martyris, qui persecutione Diocletiani & Maximiani cum esset miles nobilis genere ex Ägyptiorum provincia ortus, abrenunciens terra militia, primum celesti Regi secreta conversationis in eterno militavit: deinde in nataliis prælatorum Imperatorum procedens ad publicum, ac se Christianum libera coram ipsis voce declarans, traditus est Pyrrho ducitor quendam: qui jussit eum carcere includi, quamdiu Imperatorum natalia celebrabantur. Peracta agitur festivitate, subente Duce, & nervis bubulis manibus ligatis, tamdiu à militibus virginis casus, donec sanguine ipsius plateæ replerentur: deinde in equitale exungulatus, & lantipadibus circa latera adfusus, cilicioque plagæ ejus fricatae & carbones ignis super plagæ impositi, per tribulos quoque & fides ferreos ligatis manibus ac pedibus trahiti, plumbatis etiam collo & maxillis graviter casus, in laude Dei omnipotentis immobilis permanxit. Novissimè gladio animadvertisse jussus est, & corpus igne comburi. Quod furtum à Christiansis è medio ignis eruptum, & mundis linteaminibus aromatibusque conditum, debita veneratione curatum est. Lugduni natale S. Verani Episcopi.

## A. PRID. IDUS NOVEMB.

**A** pud Africam commemoratione sanctorum Arcadij, Apafcalij, Probi & Eutychiani, qui ex Hispania oriundi, cùm apud Geneserichum Vandalarum regem merito sapientia, & fidelis obsequi chari clarique haberentur, nec Marrianam perfidiā, cui ipse deditus erat, ullatenus declinari patuerunt, excitato in rabidissimum iram barbaro, primum proscripti, deinde in exilium acti, atrocissimis supplicijs excruciatæ, ad postremum diversis mortibus interempti, illustri martyrio mirabiliter occubuerunt. Puer Paulinus nomine, frater Eutychiani & Paschalij, fustibus diu casus, & ad infirmam servitutem damnatus est. Colonia sancti Cuniberti Episcopi & Confessoris. Itē sancti Melani Rodonica civitatis Episcopi. Viennæ S. Isidri Episcopi. In Africa sanctorum martyrum Aulii, P bli.

blii. In Cæsarea Cappadocia sanctorum Germani & Theophilii, Cæsarius & Eusebii.

## B. IDUS NOVEMB.

**R**AVENNAE natale sanctorum martyrum Valentini, Soterius, Victoris. Turonis depositio sancti Bricii Episcopi & Confessoris. In provincia apud Aquas civitatem B. Metrii clarissimi martyris.

## C. XVIII. CAL. DECEMB.

**A**PU Thraciam civitatem Heracleam, natale sanctorum martyrum Clementini, Theodoti, Philomini. Apud Alexandriam beati Serapionis, quem persecutores sub Decio in domo sua crudelissimi affecerunt supplicijs, ita ut omnes juncturas ei membrorum prius solvantes de superioribus ejus precipitarent, ac sic Christi martyris efficeretur. Item Heracli, Martialis, Donati, & aliorum multorum.

## D. XVII. CAL. DECEMB.

**N**ATALE sancti Felicis Episcopi, qui a quinto decimo aetate sui anno miraculorum gloria insignis fuit, & sub Martiano præfide cum alijs virginis martyrum complevit Corpus ejus Elypidius presbyter in Nolensi ecclesia sepelivit. In Africa natale sanctorum Secundi, Fidatiani, Varici martyrum.

## E. XVI. CAL. DECEMB.

**N**ATALE S. Eucherij, Lugdunensis Episcopi, admiranda fidei, vita & doctrinae viri. In Capua natale S. Augustini. In Africa Vitalis, Januarij, & depositio B. Othmari Abbatis.

## F. XV. CAL. DECEMB.

**A**PU Alexandriam B. Dionysij Episcopi, in multis sepe confessionibus satis clari, & pro passionum tormentorumque diversitate magnifici, Valeriani & Gallieni Imperatorum temporibus. In Hispanijs Corduba civitate passio sanctorum martyrum Acisceli & Victoriae. Aurelianis civitate Gallia depositio S. Aniani Episcopi & Confessoris. Sancti patris nostri Gregorij miraculorum libri factoris Turonicæ.

## G. XIV. CAL. DECEMB.

**A**NTIOCHIAE natale sancti Romani, qui temporibus Diocletiani cum Asclepiades præfectus ecclesiæ irrumperet, ceteros Christianos horatus est, ut ei contradicerent. Unde eum primum equuleo extendi, deinde plumbatis graviter cædi, post hæc etiam novacula acutissima maxillas ejus radi fecit, tunc ad petitionem ejus puerum parvulum induci præcepit. Quem Romanus Christi nomine invocato, utrum unum, aut plures deos melius esset colere, interrogavit, ut ex ejus confessione præfectus confundetur: cùmque puer in unum Deum solum credens dixisset, indignatus Asclepiades, cathamo eum suspensi, ac verberari, ac postremò etiam decollari jussit, cui nomen Baratas. Romanus vero rursus equuleo suspensus, ungulisque exaratus, ad rogum ardentes, in quem præcipitaretur, perductus est. Sed orante eo, venit repente imber inundans, & excinxit. Post hæc jussit ei linguan abscondi. Quo facto, cum Christum voce clarissima laudaret, reclusus in carcere, ad extremum vero laqueo strangulatus est, sicutque S. martyris migravit ad Christum. Item in eadem urbe natale sancti Hesychij, qui sub prefecto Imperatore cum esset miles, & præceptum audisset, ut quisquis non sacrificaret idolis, cingulum solveret: ob hanc causam Imperator colobio muliebri indutum, primò dum in gynæcum dedit: deinde ligato in dextera ejus

saxo ingenti, inde in fluvium præcipitari jussit. Ostava S. Martini Episcopi & Confessoris.

## A. XIII. CAL. DECEMB.

**R**OMÆ via Appia natale S. Maximi presbyteri & martyris, qui persecutione Maximini paſſus, positus est ad S. Sextum. Gelasius Papæ, qui sedit in Episcopatu annos quatuor. Hic revocavit Melenum Episcopum, quem Felix antecessor illius damnaverat, & communioni ecclesiæque sua restituit. Hic libros adversus Eutychen & Nestorium compofuit Vienæ sanctorum martyrum Severini, Exuperij & Feliciani. Item S. Fausti diaconi, cui tantum Deus contulit gratiam, cum nullus ad sanctos qui affligebantur, accedere præsumpsisset, isti una cum collega suo Euſebio nomine, invitò omnibus hostibus, ad confessores Christi non negabatur ingressus. Grandevus igitur B. Faustus obturcatione capitis consummatus est. Eodem die in Mariburch B. Elizabeth Lantgravia.

## B. XII. CAL. DECEMB.

**R**OMÆ S. Pontiani Papæ, qui Maximino adversus ecclesiæfam scerotes persecutionem commovente cum Hippolyto presbytero, in Sardiniam deportatur, ibique fusibus macratus, martyrium consummavit. Corpus ejus a Fabiano Papa relatum, atque in cœmitorio Calisti sepultum est. Sed in Episcopatu annos novem, menses quinque, dies duos. Apud Siciliam civitatem Mesanam, sanctorum Ampeli & Gagi. Apud Cavillonem Sylvestri Episcopi. In Heraclea Bassi, Dionysij, Agapiti, & aliorum quadraginta.

## C. XII. CAL. DECEMB.

**N**ATALE B. Rufi, de quo B. Paulus Apostolus ad Romanos scribit, Salutare rufum electum, & matrem eius & meam. Item natale S. Mauri martyris, qui ab infante Christianus fuit, orationibus & jejunis vacans: qui sub Numeriano Imperatore, & Celerino præfecto diversis penitentiis maceratus, hoc est, primùm fusibus nodosis cæsus, deinde plumbaris jussum est maxillas ejus contundi: postea in equuleo sù pendit, atque unguis radi, & lampades ardentibus lateribus ejus applicari, ad extremum vero caput ejus amputari. Cuius corpus nocte nautæ Africani cognoscentes, ex sua patria ortum rapuerunt, & volentes eum interanimibus mundis, cum aromatibus posuerunt in sarcophagum, scripleruntque ad caput ejus, Dei & Christi Iesu famulus Maurus, hoc eculum pro Christi fide reliquens, vitam æternam acquisivit. Celerinus namque præfectus, nautas jussit comprehendi: at illi omnes fugerunt. Tunc jussit navem, in qua martyris corpus erat, lanternitias impleri, & igne suppedito, in medio mari comburi: sed gubernante Domino, martyrem suum, ubi volebat, ad portum salutis perduxit.

## D. X. CALEN. DECEMB.

**N**ATALE S. Cæciliae virginis, Marci, Aurelij, & Commodi Imperatorum temporibus, quæ sponsum suum Valerianum, & fratrem ejus Tiburtium, ad credendum Christi perdocuit, ac deinde ad martyrium incitavit. Hanc Almachius urbis præfectus post martyrium eorum teneri fecit, & ut thura demonibus poneret, impelli, Apparatores vero attendentes decorum & prudentiam ejus, rogabant eam ne tale decus omitteret. At illa consilium pietatis ei sufficienter insinuans, cum ad credendum Christo permotus cerneret, dicit eis: Ita, dicite infelici Almachio, quod ego inducas peto: & intra dominum meam faciam venire, qui vos omnes vita æterna faciant participes. Veniens igitur Papa Urbanus, baptizavit plusquam quadragesimam promissum sexus homines. Iterum Almachius B. Cæciliam libi presentari jussit. Et cum insuperabilem eam in confessione fidei permanere videret, jubet ut

ad domum suam duceretur, & ibi flammis balnearibus concremaretur. Ubi inclusa die integro & nocte, quasi in loco frigido integrā persistit faintate, cum semper incedia lignis congestis ministrarentur. Quod audiens Almachius, misericordia eam decollaret: quam spiculator tertio. Qua percutitur, sed caput eius amputare non potuit, supervixit autem triduo, tunc sanctus Urbanus corpus eius auferens nocte, sepelivit eam inter collegas suos Episcopos. Item sancta Mederata virginis.

## E. IX. CAL. DECEMBER.

**N**atale sancti Clementis. Hic quartus post Petrum Roma Episcopus ordinatus est. Hic sibi regiones divisit notariis fiducibilibus, qui gesta martyrum sollicitè perquirerent. Hic ex precepto beati Petri, ecclesie suscepit pontificatum Linus & Cletus idem ante eum scribuntur, quia ab ipso principe Apostolorum ad ministerium sacerdotale Episcopi sunt ordinati. Qui jubente Traiano, missus est in exilium trans Pontum mare, in remo: ubi multis ad fidem vocatis per miracula & doctrinam eius, precipitatus est in mare, ligata ad collum eius anchora: sed recessit mare orantibus discipulis per tria millia, & inventerunt corpus in arca laxe, in matroneo templo, & anchoram juxta, talique martyrio Petri discipulus coronatur. Item natale sancti Felicitatis marie septem filiorum martyrum, qua jubente Antonino decollatus est pro Christo. In Italia, monasterio Bobo, depositio sancti Columbani Abbatis, qui mutorum conobiorum fundator, & innumerabilium pater exitus monachorum, multisque virtutibus clarus quevit in senectute bona. Et sancti Drudonis Confessoris.

## F. VIII. CAL. DECEMBER.

**N**atale sancti Ignatii Episcopi & martyris, qui tertius post Petrum Apostolum Antiochenam rexit ecclesiam persecutione Trajani damnatus, ad bestias Romanas vincitus mititur: ubi praesente Trajano circumfidente levatu pilis plumbeis scapula eius primum contusa, & deinde unguis latera eius dilaniata, & lapidibus atperis conficata: post expansa manus eius, & igni repletar, papryo oleo infuso & incenso, latera eius adiuta, post super carbones pavimento atperos, ubi lanterna planca illius stetebat. Post lectum flammatum, post dorsum eius unguis discissum & dilaceratum, post acetum & saltem, quibus plaga eius infusa sunt, post vincula terces beata illius astrita, & pedes in imo carcere in ligno conclusos, ubi tribus diebus ac noctibus panem non comedens, & aquam non bibens manxit. Sedence pro tribunal Trajano, in amphitheatro, concurrente omni turba Romanorum, ligatus duobus obijicitur leonibus. Cumque jam projectus bestias rugientes audiret, ardore patiendi, ait: Viri Romani qui hoc certamen spectatis, non sine causa laboravi, quia non propter pravitatem hac patior, sed propter pietatem. Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis Dei mundus inveniar. Hec illo dicente, accurrerunt ad eum leones, & ex ultraq; parte super eum incidentes, prefocaverunt eum tantummodo, & non terigerunt carnes eius. Itē Romæ natale sancti Chrysogoni martyris, qui per biennium iussi Dlocletiani conjectus est in vincula, ubi multa perpeccus sancta Anastasia alimonis soverbatur, ad ultimum decollatus est, & in mare projectus. Corpus eius Zophilus senex presbyter inventum, adiunctor capite in cubiculo suo collocavit. Et natale sancti Crescentiani martyris, sub persecutione Maximini.

## G. VII. CAL. DECEMBER.

**N**atale sancti Petri Alexandrinii Episcopi, inter preciosos egregij. Hic duodecimo Episcopatus sui anno martyrij coronam capitis obturcatione promovet, tempore Maximiani Imperatoris: cum quo simul & alii plures ex Aegypto Episcopi trucidantur, seret cum clericis &

laicis sexcenti sexaginta. Hic dum in carcere servaretur, & universus populus Alexandriae urbis fores carcere observaret amore patris sui, Arrius infelix, qui à beato Petro excommunicatus, & regratus propter dogma erroris habebatur, cognita sententia Maximiani adversus beatum Petrum festinè pervenit ad ecclesiam, obsecratus ut pro eo clerus & populus apud Episcopum intercederet, putans quod post dulcemum eius ipse levaretur Episcopus. Venientes igitur qui rogaturi fuerant, copererunt pro Arrio beato Episcopo supplicare: quibus sanctus Episcopus cum magno suspicio respondit, Quia iam Arrius Deo mortuus, à facie Dei projectus est, quia graviter in conscientia Deitatis blasphemasset, dogmatis Patrem, & Filium ac Spiritum sanctum non esse unius essentia & natura. Et apprehendens duos presbyteros, Alexandrum & Achillam, de turba seorum, ait illis secrete, Ego quidem eis peccator sum, tamen scio me vocacione celesti ad hunc agone martyrij esse vocatum. Vobis igitur confecesterum Dei, quod mihi revelatum est: quia vos post martyrium meum sedem & Episcopatum meum consecuturi estis, & tu quidem primus Achilla, post te vero Alexander. In hac hora noctis, ut vobis totum de Atrio aperiatur, cum solenni consuetudine Deo sacrificium orationum consummatum, ecce subito apparuit mihi in habitu pueri Christus Dominus meus: ad cuius praesentiam splendore nimio illustratus, vultum majestatis eius non valebam alpicere. Erat autem induitus colobio nimis candido, quod concussum à summo uirga deosum, ambabus manibus conjugebat circa pectus suum, quodammodo cooperiens nuditatem suam. Quem ut vidi, timore nimio corruptus, tandem confortatus ait ad eum, Qui es Domine, quod video tunicam tuam scissam à summo usque deorsum? Qui respondens dixit mihi: Quotidie inde traetas, & nec sis quomodo scissa es? Arrius namque hoc tecum, qui separavit à me populum hereditatis meæ, comparatum sanguine meo. Præcipio nunc, & moneo, ne eum recipias in communem: nec rogantibus his, qui venturi sunt ad te quos ille direxerit, veniam ei ne praestes. Haec quod rabi manifestavi, duobus presbyteris tu notum facias: ut ipsi post te, eum anathematizando abiiciant, ne populus illius errore decipiatur. Exhortationis igitur sermonem eis faciens, & in Catholicæ fidei unitate ut manerent, commendans eos Domino, in quem crediderant, dimisit in pace. Eodem die passio S. Catharinae virginis & martyris Christi, & aliorum.

## A. VI. CAL. DECEMBER.

**N**atale sancti Lini Papæ, qui post Apostolum Petrum primus Romanam ecclesiam tenuit annos duodecim, menses tres, dies duodecim. Hic ex precepto beati Petri constituit, ut mulier in ecclesiam velato capite intraret, & martyrio coronatus, sepultus est in Vaticano. Apud Alexandriam natale sanctorum martyrum Fausti presbyteri, & Dij. & Ammonij qui cum beato Petro ejusdem Episcopo jubente Maximiano trucidati sunt. Eodem die beati Episcopi & martyris, sub Antonino Imperatore, qui inter alia facta miracula mortuum suscitavit. Roma Syricij Episcopi, & in Capua Nicaronis, Caſianij & Felicissimi. Auguftudino depositio sancti Amatoris Episcopi, in Nicomedia beati Miraculi fæderotis & martyris, qui temporibus Constantis regis tyranni persecutio maxima perulit, ad extreum ab alta rupe præcipitatus est.

## B. V. CAL. DECEMBER.

**N**atale sanctorum martyrum Vitalis & Agricolæ, qui apud Bononię urbem Italiam post alia tormenta ultimò crucifixi, martyrium compleverunt: quorum corpora postmodum, cum essent posita inter sepulchra Juðæorum, & populo Christiano profitus incogniti, beatus Ambrosius ipsius sanctis martyribus revelantibus, apud Bononiensem civitatem reperit, quæque extructa ecclesia cū magna

<sup>353</sup>  
magna fidelium letitia & damnum peccantis confitentium  
merita martyrum, sub altare depositum. In Galia civitate  
Regensi, natale S. Maximini Episcopi, qui primava etate  
virtutum omnium gratia preditus, primum Larinensem  
cenobij pater, deinde Regensis ecclesia Episcopus, signis  
& prodigijs inclytus exitit. Denique inter alia gesta magna  
fifica tres mortuos vivens, unum taetum, quo ad sepul-  
chrum vehebatur loculi, mortuum suscitavit. In Nicome-  
dia natale Marcelli, Petri, Numeri, Hieronimi, & Melosi. Et  
depositio Optatii Episcopi.

## C. IV. C A L E N . D E C E M B .

**N**atale S. Sothenes, discipuli Apostolorum & Trophimi, de quo scribit Apostolus ad Romam: tio-  
phimum autem reliqui infirmum Meleti. Hic ab Aposto-  
li Romae ordinatus Episcopus, primus ad Arelatum ur-  
bem Galliae illuc ob Christi Evangelium predicandum missus est: ex cuius fonte, B. Papa Zosimus scribit, tota  
Gallia fidei rivos accepit, qui apud eandem urbem in pace  
quiebat. Gregorij Papa, qui exxit Ecclesiam annos decem.  
Hic constituit in Canone a sacerdote dicendum, Quorum  
solennitas hodie in conspectu tuae majestatis celebratur,  
Domine Deus noster tota in ore terrarum, inter quorum  
nos conforta, & cetera. Sepulcrus est in Ecclesia B. Petri  
Apostoli. Eodem die S. Rusi martyris, quem Dominus Je-  
sus Christus cum omni domo sua per Chrysogonum mar-  
tyrem lucratus est, & cum omni domo sua Diocletianus  
punitum Christo martyrem fecit. Apud Africanam natale  
sanctorum martyrum Papij & Mansueti Episcoporum,  
qui tempore Vandalice persecutionis sub Genfericho re-  
ge Arriano, pro fidei Catholicae defensione, canderibus  
ferri laminis toto corpore adfusi, glorio sum agonem con-  
summaverunt. Quo in tempore etiam alijs sancti Episcopi,  
id est, Quod vult Deus, Carthaginensis Valeanus, Urba-  
nus, Crescens, & qui vocatur Haber Deum, & Eustachius,  
Cresconius & Crescentianus, & Felix, & Horatianus, &  
Florentianus, damnati exilio cursum vitæ suæ consumma-  
verunt. Vienna S. Philippi ejusdem urbis Episcopi. In Syria  
Trophimi, Theodoli, Expiciati, Eruceri, Eusebii & Ju-  
lij.

## D. III. C A L E N . D E C E M B .

**R**omæ natale S. Saturnini martyris, & Sisinij diaconi,  
sub Maximiano, à quo primo inter alios servos Dei  
damnati, ad fodiendam arenam, ad faciendas thermas  
Diocletianas, deinde in carcere diu sunt macerati: ubi mul-  
tos gentiles docentes baptizabant, & denouo educti, vincit  
catenam ac nudis pedibus ante prefectum urbis Laodicium  
iussi sunt in equuleo levari, & attrahi nervis, & futilibus ac  
scorpionibus cædi. Quibus etiam postmodum flammam ad  
latera iussi apponi, & depositos de equuleo capite trun-  
cari. Quorum corpora colligens Trajanus cum Joanne  
presbytero sepelivit in praedio suo via Salaria. Apud Tholofam  
natale S. Saturnini Episcopi, qui temporibus Decij  
in capitolio ejusdem urbis tentu à Paganis, eo quod ad e-  
ius presentiam omnes dii ipsorum obmutefacti, nullum  
sacrificantibus possent dare responsum, tamen ad viciniam  
præparato funibus relegatus est. Quo vehementius  
stimulato, à summa Capitolij arce per omnes gradus præ-  
cipitatus est, capite colliso, excusculo cerebro, & omni  
corpo dilaniato dignam Christo animam exhalavit.  
Cujus corpus in ecclesia digno honore veneratur. Et vi-  
gilia S. Andreae Apostoli.

## E. PRID. C A L . D E C E M B .

In civitate Patras provinciæ Achææ, natale B. Andree  
Apostoli, qui interpretatur virilis, vel decorus frater  
Petri. Hic predicavit in Scythia, qui ab Egea proconsule  
comprehensus, cum perseveranter in fide Christi & E-  
vangelio duraret, carcere clausus primum, inde coram  
proconsule gravissime casus: ad ultimum cruce ligatis

manibus & pedibus, funibusq; toto corpore tensis, ut longius cruciaretur, biduo inibi supervixit, non cessans ea quæ Dei sunt, populum docere. Cumque hi qui Christo crederant Domino satis agerent, ut deponeretur, Egeamque ut hoc perficerent, nolebant impellerent. Apostolus Domini circumstante populo, & Egea procontule, ut solvetur agente, post verba orationis fulgore coelesti ferè una defuper circumfulsis hora, cum ipso lumine abscedente emittens spiritum perrexit ad Dominum. Cujus corpus Maximilla potentissima matronarum reverenter depositum sepelivit. Apud Sanctonas natale S. Trophiani Episcopi, virtutis viri Romæ Castuli, Euprepitis.

## D E C E M B E R H A B E T D I E S X X I .

Lunam XXIX.

## F. C A L . D E C E M B .

**N**atale sanctorum martyrum Chrysanti & Dariae, qui tempore Numeriani, judice Celerino Romæ passi sunt. Chrysanthi pater Polentius vir illustris fuit: hic filium suum cuicdam virginis conjunxit, quam ex nobilissimis Romanis fuisse constat: hanc Chrysantus ad fidem Christi convertens, baptizari fecit. Factumque est, ut per Chrysantum multitudi virorum & per Dariam innumerabiles feminae ad Christi gratiam confluissent. Praefectus namque Celerinus, comprehensos tradidit Claudio tribuno, qui seprugina milites ad torquendum dedit, qui nervis crudis eum astrinxunt, sed mox ligamenta omnia resoluta sunt. Deinde in cippum, ita ut in tertio punto eius tibiam coactarent, eum mittunt, mox ligneus cippus in cinerem resolvitur. Tunc perfundunt eum lotio humano putentissimo, ut maleficia, iniquitas, armittas; sed sceleris in flavem odorem mutatus est. Deinde coris recenti vitulino nudum eum constringunt, & ad solem serventem componunt, sed virtute Domini corium ut erat, molle permanxit. Deinde collum, manus ac pedes, catenis ferreis constringentes, recludunt in obscurissimo loco: & statim cænæ soluta sunt, & magna lux insulst. Daria vero in publico inquietricum lupanari ponitur, sed leo de cæna veniens ad tutelam Domini virtute ei donatur. Qui ingressus cellam, in qua sancta Dei in oratione prostrata jacebat, juxta proternit, ut venientes a se repelleret. Dum haec omnia Celerinus Imperatori indicasset, ille iussit eos duci via Salaria in arenario, & vivos deponi, & terra ac lapidibus obturi. Contigit ut ad diem natalis eorum infinita populi multitudo concurreret: hoc nunciarum est Imperator, qui iussit, ut in introitu cryptæ paries levaretur: ac sic factum est, ut omnes dum sacramenta Christi perciperent, martyrij gloriam celebrarent: inter quos erant Diidorus presbyter & Martinianus diaconi, & plurimi clericorum. Ipsò die B. Egili Noviomensis Episcopi, Roma Candida, Umboni.

## G. IV. Non. D E C E M B .

**N**atale S. Vinianæ martyris, beatorum martyrum Pauli & Dafniæ filia, quæ Jubente Juliano Imperatore sacrilego tamdiu plumbatis causa est, donec spiritum redideret: cuius corpus iustitione Imperatoris biduo in furore jacuit: tandem rapum nocte à Joanne presbytero, sepultum est in domo, ubi mater & soror eius Demetria jam sepulta erant, iuxta palatum Licievanum. Romæ natale sanctorum Primenti, Pontiani, Piminii, Dimetrii, Jubiani. In Mauritania, Severi, Securi, Januarij, Victorini.

## A. III. Non. D E C E M B .

**T**ingimetropoli Mauritania natale S. Cassiani presbyteri, glorioli martyris. Item sanctorum martyrum Claudij tribuni, & uxoris eius Hilariæ, ac filiorum Jaso-

nis &amp;

nis & Mauri, & sexaginta militum, qui omnes ad prædicationem B. Chrysanthi crediderunt in Christo. Quod ut nunciatum est Imperatori Numeriano, jussit Claudium tribunum ingenti lasso alligatum præcipitem in medio mari dari, milites vero sepiuginta, cum quibus Jalonem & Maurum filios Claudi capitali sententia puniri. Erat autem in loco ubi decollati sunt colliculus antiquus, hunc emundantes nocte Christiani, simul in unum omnia corpora sepelierunt via Salaria. Corpora autem Jalonis & Mauri collegit S. Hilaris, reliqua martyris, ubi dum assiduis orationibus vacaret, migravit ad Dominum. In oriente Mecrobi, Claudi & Felicis. In Nicomedia Ambici, Victoris & Julij. In Africa Claudi, Crispini, Maginae, Joannis, Stephani. In Pannonia S. Agricola.

## B. PRID. NON. DECEMBER.

**R**oma natale sanctorum martyrum, Simphronij & Olympii, temporibus Valeriani & Gallieni Imperatorum. Hic Simphronius traditur Olympio Tribuno, ut ab eo facultates Nemesij requireret, sub penarum examinatione: qui interrogatus a praefecto respondit: Si facultates quæris Nemesij domini mei, jam eas tradidi Christianis pauperibus, quoniam ipsius erant: si autem sacrificium me offere compellis, sacrificio Christo Jeju Deo meo sacrificium laudis. Iratus Olympius, fecit eum extendi in catasta & fustibus macrari, deinde simulachrum Martis aurum una cum tripoda deferri. Quod statim ad verba Simphronij liquefactum sicut lutum. Hoc videns Olympius cum uxore sua Exuperia, & filio Theodo, prothverunt se ad pedes Simphronij, agentes pœnitentiam. Vocatusque B. Stephanus Papa, venit nocte ad domum Olympij, baptizavit eos, & omnes qui crediderunt in domo Olympij. Quod dum prædicti audirent Imperatores, miserunt ut adducerentur. Simphronius namque adducitur ferreis vinculis onusl, nudusque ac capistratus, cum Olympio & uxore & filio. Gallienus dixit Olympio, Adhuc differo penarum tibi inferre supplicia, quia de tua conscientia dubius sum. Olympius respondit: Ego quidem non feci quasi Olympius, sed quasi impius & crudelis: pro quibus pœnitentio commissis, & effundo lachrymas in conspectu cui credo vivo & vero. Tunc data est sententia, ut igne consumerentur. Duci sunt itaque ante statuam Solis, fixisque in terram lippibus, ligatis manibus devincti sunt, ac in congerie farmentorum spina rumque ignis est suppositus, statimque in ipso ignis initio gratias Christo decantantes emiserunt spiritum: quorum colligens S. Stephanus Episcopus corpora sepelivit. Item Eraci, Christiani, Pudenti.

## C. NON. DECEMBER.

**I**n Africa apud Coloniam Thebestinam natale S. Crispinae, quæ tempore Diocletiani & Maximiani cum (ac)crificare nollet, iussu Anoloni proconsulis decollata est. Item natale S. Dalmatij martyris, & sanctorum Crispini, Felicis, Julij, Pontamiae, Grati & aliorum septem, & Zelotis, Fortunati & Gatti.

## D. VIII. IDUS DECEMBER.

**N**atale S. Nicolai Myrensis ecclesie Metropolitani Episcopi. Apud Africam sanctorum Dionysie, Dativæ, Leontis, Amiliani medici, & religiosi viri nomini Terrij, Bonifacij, Servij, Victricis & Majoricis adolescentis, qui omnes perfectione Vandalica sub Hunerico Ariano rego, pro confessione catholicæ fidei, & ne ab Arianiis rebaptizarentur, gravissimis & innumeris supplicijs excruciatæ, confessorum Christi numero sociari meruerunt: è quibus Majoricus cursum palmis- tum in certamine conlumentavit.

## E. VII. IDUS DECEMBER.

**A** pud Alexandriam B. Agathonis martyris. Qui cum affer militaris, & assisteret ubi beati martyres lanabuntur, inter quos erat Julianus & Eunus in Domini Jesu Christi confessione perdurantes, & quodam volentes etiam illudere mortuus cadaveribus martyrum, prohiberet, clamor aduersus eum totius vulgi extollit. Offeratur ictus fortissimus miles iam Domini, & nunquam feintior factus in confessione persistens, capite pro pietate damnatur. Apud Sanctonas B. Martini Abbatis, discipoli S. Martini Turonicæ urbis Episcopi, qui in monasterio quod aedificavit, in pace quiescit. In Antiochia natale Polycarpi & Theodori. Eodem die octava S. Andreae.

## F. VI. IDUS DECEMBER.

**C**onceptio S. Mariae perpetuae virginis. Roma natale S. Eutychiani Papæ, qui rexit ecclesiam annum unum, & sub Aureliano imperatore martyrio coronatus, sepultus est in cemiterio Calisti, qui & ipsi per diversa loca trecentos quadraginta duos martyres manu sua sepelivit. Hic constituit gigas super altare tantum fabas & uvas benedic. Apud Alexandriam beati Macharii sub Decio, qui gente Pibycus, cum multis verbis à judice ad negandum suaderet, & eo majore constantia fidem suam profiteretur, vivus ad ultimum jubetur exuri. In civitate Verona natale S. Zenonis martyris.

## G. V. IDUS DECEMBER.

**N**atale S. Leocadie virginis, que tempore Diocletiani & Maximiani a praefecto Hispaniarum Daciano, apud Toletum dira carceris custodia macerata est. Ubi cum gravissimis B. Eulalia, & reliquo martyrum, qui à Daciano interficiebantur, audisset crucifixus, genibus in oratione positus, impollutum Christo spiritum reddidit. Ipso die B. Cypriani Abbatis Petragorici magnifice taucteatis viri. In Africa natale Petri, Successi, Primitivi, Publicini & aliorum viginti. Treviris depositio S. Eucharii Episcopi & Confessoris.

## A. IV. IDUS DECEMBER.

**R**oma S. Melchiadi Papæ, qui sedit in Episcopatu annos tres, iepulitus est in cemiterio Calisti. Hic constituit, ut die Dominico, aut feria quinta nullus jejunaret, quia ipsos dies Pagani, quali sacro jejunio celebrant. Et hic constituit, ut ex concieratu Episcopi, oblationes proper hereticos per ecclesias dirigentes. Apud Emeritam Hispania civitatem natale S. Eulalia. Que cum esset annorum tredecim, iussu Daciani praefidis, plurima tormenta perpelia, novissime in equilevo suspensa & exungulata, taculis ardenteribus ex utroque latere appositis, hausto igne spiritum reddidit, & clementibus Christianis in specie columba nivea ejus anima celum pergit. Cujus corpus per triduum iussu praefidis pendebit in ligno. Sed cui non humana fuerant, divina sunt concessa munera. Nam aix desuper puella corpora aspergit, ut quod ex utraque parte appollitus ignis ardoris sui incendio conflagret, nivali candore coopertum divina gratia dealbare. Sicque à Christianis reverenter ablata, & devotione debita sub sacro altari deposita, miraculorum gratia illustratur. Apud prefatam urbem passio S. Juliae, quæ fuit convirginis B. Eulalia, quæque illi ad passionem properanti individualia comes & sodalis adhæsit. Item apud Hispanum civitatem, sanctorum martyrum Carcophori presbyteri, & Abundij diaconi, qui persecutione Diocletiani, sub iudice Martiano in confessione Christi primo fustibus crudelissime casi sunt, deinde in carcere negato cibo & potu retrahiti, unde per Angelum educti, & verbum Dei prædicantes ierorum teni sunt, & ora ipsorum lapidibus confusa, rursumque equilevo torti, & post hæc diu in carcere macerati,

357  
macerati, novissimè gladio sunt percussi. Viennæ sancti Sinduli Episcopi & Confessoris.

## B. III. IDUS DECEMBER.

Danielis Propheta. Romæ Damasi Papæ, qui rexit ecclesiam annos decé & octo, menses tres, dies duos. Hic constituit, ut Psalmi diu noctuque canerentur per omnes ecclesias. Hic multa corpora sanctorum requivit, & invenit, quorum memoriam etiam versibus declaravit. Item Romæ natale sanctorum martyrum Pontiani, Praetextati atque Tarsonis, qui potens & locuples de facultatibus suis cum esset Christianus, sanctis martyribus in carceribus & in metallis damnatis, viuimus ministrabat, per beatum Sisinius & Cyriacum, non post multo & ipse tentus a Maximiano palman martyrij cum duobus aliis percipere meruit. In civitate Ambianis Gallia sanctorum martyrum Victorici & Fusciani. In Hispania sancti Eutychij, cuius gesta habentur, & S. Gentianus martyr.

## C. PRID. IDUS DECEMBER.

Anctorum martyrum Hermogenis, Donati & aliorum viginti duorum. Apud Alexandriam beatorum martyrum Epimachi & Alexantri, qui multo tempore & magnis cruciatus vinculorum & carceris torti, ignibus ad postremum consumi jubentur. Item sanctorum quatuor mulierum, Ammoniaræ, Mercuriaræ, Dionysiaræ & item aliae Ammoniaræ, quæ dum nimia constanza uterantur apud judicem, & ille erubesceret vinci a fœminis, inauditis tormentorum generibus toleratis, finem omnium ferro cædere suscipiunt, gloriosè apud Alexandriam se pulta.

## D. IDUS DECEMBER.

Apud Syracusas Sicilia civitatem sanctæ Luciæ virginis & martyris, qua palla est persecuzione Diocletiani & Maximiani sub Pachacio consulari. Hæc nobilissima Syracusanorum, postquam omnia sua, quæ de parentibus ei remanserant, paternis, viduis, orphanis peregrinis, & Deo servientibus distracta, à sponso suo, quod sileat Christiana, Pachacio delata, impellebatur ad sacrificandum demonibus. Quæ cùm nullo modo consentiret, traditur lenonibus, ut populum ad castitatem ejus invarent, & tamdiu deluderetur, donec mortua nunciaretur. Quam lenones nullatenus movere poterant. Tunc præcepit Pachacio, ut ignem copiosum circa eam accenderent, & piceam & resinam, & fervens oleum super eam jaçarent: sed illa in nomine Domini sterit immobilis. Tandem gladio in gutture merlo percussa, quam diu voluit turbam circumstantem allocuta est, nec omnino mortua est, donec venientibus sacerdotibus communionem Dominicæ corporis & sanguinis accepere: sepulta in loco in quo percussa est, basilica supra corpus ejus postmodum ædificata.

## E. XIX. CALEND. JAN.

Apud Antiochiam sanctorum martyrum Drusi, Zosimi, Arsenij & Isidori atque Theodori. Apud Alexandriam beatorum martyrum Heronis, Diofori, qui sub Deciana persecutione varijs tormentis dilaniati, novissimè ignibus sunt tradi. Item beati Lupicini Viennensis ecclesie octavi Episcopi. Apud Cyprium natale sancti Spiridonis Episcopi admiranda beatitudinis viri: qui unus fuit de illis Confessoribus, quos Maximianus dextris collis effossis, & sinistro poplite succiso per metalla dannaverat, qui etiam prophetam vitam duxit. Lugduno Gallæ sancti Viatoris Episcopi. Remis Nicasi Episcopi, & Eutropiae, Aspedia & Theodoli.

## F. XVIII. CALEND. JAN.

Apud Africam sancti Valeriani Episcopi & Confessoris, qui tempore Vandalicæ persecutionis cu[m] ex præcepto Geneserichi regis Ariani ad tradendum divina mysteria vel libros, arctarentur cuncti Domini sacerdotes: ita ut idem impij Ariani de ipsis pallijs altaris camisia habi & femoralia facerent, viriliter ne sacramenta divina traderet dimicans, extra civitatē singulariter expelli iussus est, & ita præceptum, ut nullus eum neque in domo, neque in agro permetteret habitare. Cumque esset annorum plusquam octoginta, in strata publica multo tempore jacuit nudus sub aëre, siccus in confessione catholicæ veritatis cursus beatæ vita implevit. Aurelianis beati Maximini presbyteri. In Africa natale Faustini, Lucij, Candidi, Cæliani, Marci, Januarij & Fortunati.

## G. XVII. CALEND. JAN.

Martyrium trium virorum sanctorum Anania, Azaria & Misælis. In Thufia sancta Barbaræ virginis, quæ tempore Maximiniani Imperatoris palla est pro Christo. Hæc primum à patre suo Dioscoro diu afflita sub dira custodia deinde tradita prædicti Marciano, & expoliata, nervis tauris valde crasa & discrepta est, & cilicio plague ejus defricta, inde reclusa in carcerem, ubi luce diuina confortata est. Deinde circa latera ejus lampades applicatae, & malleis caput ejus caelum, & mammilla ejus præcisæ, deinde per plateas circumducta, & flagellis diutissime afflita est, ad extreum vero gladio martyrium consumavit. Ravenna Valentini, Navalis, Agricola, Concord. Viennæ beati Adonis Episcopi. Eodem die translatio sanctorum martyrum Simplicij, Faustini & Beatrixis.

## A. XVI. CALEND. JAN.

Translatio sancti Ignatij martyris, qui tertius post Petrum Apostolum Antiochenam texit ecclesiam. Apud urbem Romanam passus, sed Antiochia postmodum sepultus. Eodem die beati Lazari, quem Dominus suscita vitæ mortuis, & beatae Marthæ fotoris ejus, quorum venerabilis memoria extorta ecclesia non longe à Bethania, ubi è vicino domus eorum fuit, conservat. In oriente apud Eleutheropolim civitatem passio sanctorum martyrum quinquaginta, qui sub Saracenis passi sunt.

## B. XV. CAL. JAN.

Batorum martyrum Rufi & Zosimi, qui de illis primis discipulis erant, per quos primitiva ecclesia in Iudeis & Græcis fundata est. Hi requiescant apud civitatem Macedoniæ Philippis. Apud Africam natale sancti Moyriti martyris. Turonii sancti Gratiani Episcopi, qui ad præfamat urbem ab urbe Roma transmissus, multis claris virtutibus ibi quievit in pace. Laodicea civitate Theotini, Basiliani, In Afra Quinti, Simplicij.

## C. XIV. CALEND. JAN.

Apud Ægyptum beati Nemelij martyris, qui primo per calumniam quasi lauro judici deiatus est Aemilianno. Quo crime absoluto, postea quod Christianus esset, defertur. In hoc vero nulla à judice miseratione referatur, sed geminatis supplicijs excruciatum cum latronibus iufit incendi, ignorans quod crudelitate sua optimo martyri similitudinem Salvatoris derulit, qui pro salute humani generis unum cum latronibus pertulit crucem. Aurelianis sancti Viti Abbatis, qui spiritu propheticæ illustris fuit. In Nicomedia Cyriaci, & Palili, Secundi, Anastasij, ac Sydmini Episcoporum, & Gregorij Papæ.

## D. XIII. CALEND. JAN.

Batorum martyrum Ammonis, Zenonis, Ptolomæi, Ingenij & Theophili, qui tribunalibus apud Alexandriam

driam astantes, cum quidam Christianus à Judice torqueatur, & jam penè ad negandum suaderetur, disumpebantur intra semetipsos, & vultu oculis ac nutibus velut erigere conabantur illum, qui in supplicijs positus trepidabat. Interdum etiam manus pretendere, ac totius reliqui corporis motibus & habitu diversè inclinati, tanquam sublevare lapsantis animos gemitabant. Converbi vero ad eos omnes, & quid de semetipsi profiterentur, ex sortim motibus agnoscentes, prius penè quam in eos vulgus clamoribus insiliret, ipsi in medium prout pumunt, ac le Christianos esse testantur. Per quorum victoram glorioissime Christus de inimico triumphavit. Roma Zefenni Episcopi, sanctorumque Liberati & Baiuli, Et vigilia S. Thomæ Apostoli.

## E. XII. C A L E N D . J A N .

Natale beati Thomæ Apostoli, qui Parthis & Medis Evangelium prædicans, pafus est in India. Corpus eius in civitatem, quam Syri Edessen vocant, translatum, ibique digno honore conditum est. Catalanus sancti Maximini Episcopi, primi illi civitati ab urbe Roma directi: qui inter alia innumera miracula mortuum suscitavit. In Thuscia natale sanctorum Joannis & Festi.

## F. XI. C A L E N D . J A N .

R Omæ via Lavicana inter duas lauros, natale triginta martyrum, qui omnes una die persecutione Diocletiani coronati sunt. Apud Alexandriam beati Chiridonis martyris. Is namq; cum rem cuiusdam potentis sub mercere procuraret, jubetur ab eo idolis immolare. Recusans cogebatur injuria: persistens rursus blandiciis mulcetur. Cum vero utrumque contemneret, praeculta fude validissima transverbatur per media viscera, & neci traditur. Ipso die aliorum quam plurimorum martyrum, qui in deserto & montibus apud Aegyptum oberrantes, fame, siti, frigore, languore, latronibus bellisq; consumpti sunt: qui omnes imitati eledos Dei Prophetas, gloria martyrij coronati sunt. Inter quos & venerandus senex Cheremon. Hic Episcopus urbis Aegypti, quæ dicitur Nicopolis, cùm ad Arabicum montem unā cum grande conjugi confessus, nulli ultra apparuit. Roma depositio sancti Felicis Episcopi. In Antiochia natale sancti Basilei, & alibi passio Theodosia virginis, & Didymi monachii.

## G. X. C A L E N D . J A N .

R Omæ natale sancta Victoria virginis, persecutione Decij Imperatoris. Quæ cum esset despontata viro pagano Eugenio, & nec nubere vellit, nec sacrificare propter draconem pestiferum de illis locis expulsa, & alia facta miracula, & proper virgines, quas ad servendum Dominum aggregaverat, percussa est gladio in corde à carnifice Thaliarcho. Corpus eius cum omni reverentia curatum est. Apud Nicomediam sanctorum martyrum virginum, quos Diocletiana persecutio gravissimis tormentis martyres Christo fecit. Item Roma beati Servuli, cuius beatus meminit Gregorius in homilijs. In alio loco Evaristi, Victoria & aliorum octingentorum triginta duorum.

## A. IX. C A L E N D . J A N .

V Igilia Domini nostri Jesu Christi. Apud Antiochiam Syriae sanctorum virginum quadraginta, quæ persecutione Deciana per diversa tormenta martyrium consumaverunt. Eodem die sancti Gregorij presbyteri & martyris, apud Spoleto, tempore Diocletiani & Maximiani Imperatorum, sub judice Flacco, qui dum perseveranter in fide maneret, fustibus nodosis dorsum ejus verberatum rumpitur, riguatus venter ejus dissipatur, inde ligatus manus & pedes in crancula superponitur, lignis suppositis. Continuo retrahendo facto, cecidit una regio

in civitate Spoleto, & oppressit plusquam trecentos idolis servientes. Post ferro constrictus, sub custodia militum in carcere truditur, ubi angelica visitatione consolatur, eductus è carcere carduis ferreis genua illius percussa sunt: sed & ardentibus lampadibus, latera ejus incensa, dicente beato martyre judici impio. Si totum corpus meum perdas, præstò est Dominus meus Jesus Christus, qui me sanat & corroborat. Tunc Flaccus jussit Tircano cuidam ut beatum Gregorium tractum in amphitheatre decolareret. Quo factò jussit Tircanus feras terribiles dimitti, ut corpus sancti martyris absorberent, sed nulla eorum corpus sanctum attigit. Quædam autem mulier Abundantia nomine, petiit corpus sancti martyris: sed quia alter obtinere non potuit, datis triginta quinque aureis Tircano, corpus recepit, & ut decur, martyrem sepelivit iuxta pontem lapideum. In Thessalopoli civitate, sancti Luciani, Metrobi, Pauli, Zenoti, Theutini, Drusi.

## B. VIII. C A L E N D . J A N .



E S U S C H R I S T U S F I L I U S D E I I N B E T H L E E M I U D A E A E N A S C I T U R , A N N O C A R S A R I S A U G U S T I O C T A V I A N I Q U A D R A G E S I M O S E C U N D O : O L Y M P I A D I S V E R O C E N T E S I M A E

N O N A G E S I M A E T E R T I O A N N O : A D U R B E A U T E M C O N D I T A , S E P T I N G E S I M E S I M O Q U I N Q U A G E S I M O S E C U N D O , c o m p r e s s i s c u n t a r u m p e r o r b e m t e r r æ g e n t i u m m o t i b u s , & c h i r i s s i m a p a c e o r d i n a t i o n e D e i à C a s f a r e A u g u s t o O c t a v i a n o c o m p o s i t a , q u a n d o C y r e n u s e x c o n f i l i o f e n a t u s i n J u d e a m i l i s , c e n s u s h o m i n u m p o s s e s s i o n u m q u e d e s c r i b e b a t , s e x t a m m u n d i a t a t e m h o p i s s i m o c o n f e c r a v i t a d v e n t u r . E o d e m d i e n a t a l e s a n c t æ A n a f a s i a , q u æ t e m p o r e D i o c l e t i a n i p r i m o d u r i s s i m a m & i m i t a t i o n e c u s t o d i a m , a v i o s u o P u b l i o p e r p e s s a , i n q u a t a m e n à C h r y s o g o n o c o n f e l l o r e C h r i s t u m c o n f o l t a & c o n f o r m a t a e s t : d e i n d a p r æ f e c t o I l l y r i c o i n g r a v i s s i m a , atque diutina custodia macerata eft, i n q u a d u b o s m e n s i b u s r e f e c t a e s t c o l e f t i b u s e c f i s p e r S. T h e o d o r a m , q u æ m a r t y r i u m p r i u s p a f s a e s t . D e i n d e n a v i m p o s i t a c u m d u c e n t i s v i r i s , & q u e n t i n g e s f o e m i n i s , u t d e m e r e n t u r i n m a r e : s e o p r e l a t a e s t a d i n f u l s a P a l m a r i a s , u b i p e r m a n u s & p e d e s e x t e n s a , & l i g a t a d p a l o s f i x o s , & c i r c a m e d i u m e j u s i g n i s a c c e n s u s , i n q u o m a r t y r i u m c o n f u m m a v i t , & o m n e s q u i c u m i l a v e n t e r , v a r i i s i n t e r f e c t i o n i b u s m a r t y r i u m c e l e b r a u n t . I n t e r q u o s o m n e s u n u s e r a i n n o c e n t i s s i m a n a t u r æ , n o m i n e E u r y c h i a n u s , q u i s u b l a t i s f i b i , c u m d i v e s e f f e t o n n i b u s f a c u l t a t i b u s , r a c u t n i h i l c o g i t a n s , n i h i l q; m e t u e n s n i h i l h o c , n e f a c u l t a t e s a c d i v i t i a s f i c i e p e r d e r e t . Q u o t i e n c u n q u e f u l s e a u d i t u s , q u o t i e n c u n q u e i n t e r r o g a t u s , n i h i l a l i u d d i c e b a t , C h r i s t u m m i h i n o n t o l l i t , e r i a m q u i c a p i t a b s u l t e r i t . T u n c A p o l l o n i a C h r i s t i a n a m a t r o n a t o l l e n s c o r p u s b e a t a A n a f a s i a , e x o s c u l a b a t u r , & a r o m a t i b u s & l i n t e a m i n i b u s m u n d i s o b v o l v e n s , i n t r a v i r i d a r i u m d o m u s s u a f a b r i c a t a b a s i l i c a , u t d e c u i t m a r t y r e , s e p e l i v i t . I p s o d i e R o m æ i n c o m i t o r i A n o n i a p a s s i o s a n c t a E u g e n i a v i g i n i s , q u æ t e m p o r e G a l l i e n i I m p e r a t o r i s p o s t m u l t a i n f i g i n a v i t u t u m , & s a c r o s v i g i n u m c h o r o s , q u o s C h r i s t o D o m i n o a g g r e g a v e r a t , s u b N y c e r i o u r b i s p r æ f e c t o a l l i g a t o f a x o , & p r e c i p i t a t a i n T y b e r i m : s e d m e r g i n o n p o t u r . I n d e t h r i m i s i g n i s i n c l u s a , i l l a f a r e p o r t a e s t , n o v i s i m e i n d e n a t a l i s D o m i n i s i c u t i p s e S a l v a t o r e i a n t e r e r e v e l a v i t , p e r s p i c u l a t o r e m i n c u s t o d i a g l a d i o j u g u l a t u r . E t s u b l a t u m e s t c o r p u s e j u s à C h r i s t i a n i s , & p o s i t u m n o n l o n g e a b u r b e v i a L a t i n a i n p r æ d i o e j u s p r o p r i o , u b i m u l t o r u m i p s a s e p e l i e r a t m e b r i a .

## C. VII. C A L E N D . J A N .

I N oppido Hierosolymitano Caphargamala passio S. Stephani protomartyris Chishti, qui non multo post ascensionem Domini ab apostolis diaconus ordinatus eft. Scribit beatus Lucas Evangelista ejus passionem in

A&tibus

Aetibus Apostolorum. Eodem die sancti Ignatii, Rufi & Zosimi Papæ, qui sedidit Romanum unum. Hic constituit ut diaconus lavam tegeter palliis: & præcepit ut nullus clericus poculum in publico propinaret, his tantum in celli fidelium & clericorum. De quorum agone felici, sanctus Polycarpus in epistola ad Philippones scribit, dicens, Depreco autem omnes vos obedientia date operam, ac meditari patientiam, quam vidistis in Ignatio, & Rufo, & Zosimo beatis viris: scientes quod hi non in vacuum, sed per fidem & justitiam cūcūrunt, donec venirent ad locum sibi à Domino preparatum, quoniam quidem passionem ejus particeps extiterunt: nec dilexerunt præsens seculum, sed Christum, qui pro ipsis & pro omnibus mortuus est, & resurrexit.

## D. VI. CAL. JAN.

**N**atale beati Joannis Evangelista, quem Dominus Jesus amavit plurimum: qui secundum post Neronem persecutionem moveente Domitiano, poste aquam in oleo ignito dermersus nihil passus est, in Pharium insulanum relegatus vidit Apocalypsim. Interfecto autem Domitiano, & aëris ejus ob nimiam crudelitatem recisisse à senatu, sub Perrinace principe rediit Ephesum: & quia consilium se abesse per haereticos vidit Ecclesiæ fidem, confessim hanc descriptam in Evangelio suo verbi Dei aeternitatem stabilivit. Rogatus siquidem ab Asia Episcopis adversus Cerinthum, aliosque haereticos, & maximè contra Ebionitarum tunc dogma surgens: qui affligerunt Christum ante Mariam non fuisse, unde compulsus est scribendi Evangelii sanctum opus suscipere. Ipse autem usque ad Trajanum Principis tempora perseverans, totas Asiam fundavit, rexique Ecclesiæ, & confectus senio sexagesimo octavo post passionem Domini anno, aëris autem sua non agemono mortuus, iuxta eandem urbem est sepultus. Roma Dionysii Papæ, qui sedidit in episcopatu annos sex: sepultus via Appia, in cœmitorio Calisti. Hic Ecclesiæ presbyteris dedit, & parochias diœcesis dedit, atq; constituit. Et episcopatus sancti Jacobi fratris Domini, qui ab Apostolis primus ex Iudeis est ordinatus Ierosolymis.

## E. V. CAL. JAN.

**B**ETHLEEM Iudææ natale sanctorum Innocentum, quos Herodes cum Christi nativitatem Magorum indicio cognovisset, tricelimo quinto anno regni sui interfici jussit, qui anno tricelimo sexto morbo intercurvis aque, & scarenibus toto corpore vermis, miserabiliter & dignè mortuus.

## F. IV. CAL. JAN.

**D**AVID Regis. Item apud Arelaten natale sancti Trophimi Episcopi & confessoris, discipuli Apostolorum Petri & Pauli. Eodem die sancti Cœlcencii Apostoli Pauli discipuli, Viennensis Ecclesiæ primi Doctoris. In Africa natale Domini, Victoris, Primiani, Lybosi Episcopi, Roma Calisti, Felicis & Bonifacii Episcopi in cœmitorio Calisti. Eodem die S. Thomæ Archiepiscopi & martyris Cantuariensis.

## G. III. CAL. JAN.

**A**pro Spoleto passio sancti Sabini Episcopi, Exuperantii & Marcelli diaconorum, & Venustiani cum uxore, à filiis sub Maximiano Augusto. Qui beatus Sabinus cùm esset in omnibus divinis instructionibus clarus, tenus est à præfice Tuclio Venustiano, cum duobus diaconibus Exuperantio & Marcello, & multis clericis. Cui Venustianus deum Jovem suum, quem habebat in cubiculo ex lapide mirè formatum, vestimentis aureis ad adorandum obtulit. Quem beatus Sabinus in mani-

bus acceptum, facta oratione continub; elicit in pavimento, & confregit. Quod factum videns Venustianus, cum furore jussit ut præcederent ei manus, & in conspectu ejus Marcellum & Exuperantium equilevo suspendi, ac fusibus cadi, & unguibus radi latera eorum, ignem etiam supponi. Hoc factò in confessione Domini spiritum emiserunt. Sabinum verò Episcopum jussit retrudi in carcere. Audientes autem quidam piscator & presbyter, collegerunt corpora sanctorum, & sepelierunt iuxta viam pridie Calendas Januarii. Serena verò Christiana vidua curam habens sancti Sabini Episcopi, adduxit in carcere nepotem suum Priscianum, qui erat caecus. Tunc sanctus Sabinus truncas manus super oculos ejus posuit, & illuminavit. Videntes autem qui in custodia erant, miserunt se ad pedes ejus, numero undecim, & baptizati sunt. Quod cùm nunciarum esset Venustiano præfidi, indoluerant oculi ejus, & præ dolore neque cibum, neque potum, neque somnum capere poterat, misitque uxorem suam, & duos filios, ut adducerent beatum Sabinum ad domum ejus de carcere. Adductus itaque prostravisi ad pedes ejus Venustianus cum fleu, uxorque ac filiis agentes poenitentiam, & rogantes se baptizari. Mox baptizatus ut de pelvi levatus est, nullum dolorem sensit oculorum: nunciatur autem hoc Maximiano, qui iratus præcepit Sabinum damnari, & ipsum Venustianum capite truncari. Veniens autem Lucius Tribunus, sine auditione beatum Venustianum cum uxore & filiis necavit, in civitate Affisina: Sabinum verò Episcopum adduxit in civitatem Spoleto, & tamdiu præcepit cadi, donec desiceret. Cujus corpus collegit venerabilis Serena, quæ manus ejus in dolio vitro cum aromatibus condiverat, & infra domum suam posuerat, sepelivitque eum à civitate Spoletana miliario plus minus uno, sub die septimo Idus Decembri. Festivitas tamen ejus & supra nominatorum martyrum, tertio Calendas Januarii agitur.

## A. PRID. CAL. JAN.

**R**OME natale Sylvestri Papæ, & confessoris, qui post beatum Petrum tricelimus quintus sedidit annos viginti quatuor, menses decem, dies undecim. Cujus indultria Synodus præclarissima: toto orbe terrarum trecentorum decem & octo Patrum, apud Nicæam urbem Bithyniæ celebratur, sub consulatu Constantini Augulti, & Licinii tertiodicimo Calendarum Julianum. Julii tamen Papæ tempore consummatur, & constituit, ut nullus clericus propter causam quamlibet in curiam introiret, nec ante judicem causam diceret, nisi ut Ecclesiæ & altaris sacrificium in sindone linea celebraret. Fecit autem ordinationes sex mense Decembri, presbyteros quadraginta duos, diaconos viginti quinque, Episcopos per diversa loca sexaginta quinque. Sepultus est in cœmitorio Priscillæ, via Salaria. Hic constituit christina ab Episcopo confici, & ut baptismatum linia presbyter. Et constituit ut nullus laicus crimen audeat inferre de clero, & Dalmaticas in Ecclesiæ, ut eorum lava tegeter, scilicet diaconorum. Senonis sancta Columba virginis sub Aureliano Imperatore, quæ superato igne gladio casata est. Item Senonis beatorum Sabini & Potentiani, qui à beatis Apostolis ad prædicandum direti, præstatam urbem martyrii sui confessione illustrem fecerunt.

\* \* \*

M A R T Y R O L O G I I F I N I S .